

1.- **O CVRAS HOMINVM**, cum poetae satyrici sit hominum perversos mores insectari, ab eo in quo poetae ipsi maxime peccant, initium facit, ostendens eos magis ex vulgi opinione quam ex re ipsa laudem quaerere. Principio igitur inducit Persius quempiam ex amicis dehortantem illum atque deterrentem a Satyra scribenda, ex eo quod nemo illius opera leget. Dicit igitur, amicus ille, **O CVRAS HOMINVM**, id est, o inanes hominum cogitationes; et est absoluta constructio, habetque vim admirationis simul et indignationis. Sic infra <1, 26-27>: "o mores usque adeone/ scire tuum nihil est"¹. **O QVANTVM INANE**, id est, vanitatis, **EST IN REBVS**, scilicet humanis; et est quam simillimum ei quod scribit Concionator noster <eccles. 1, 2; 12, 8>: *vanitas vanitatum et omnia vanitas*.

2.- **QVIS LEGET HAEC**, subaudi "quae scribis, o Persi"; quasi dicat, cum auctores ea gratia scribant, ut ab aliis scripta sua legantur, vanum autem sit quod finem suum non consequitur, frustra scribis. **MIN TV ISTVD AIS**, respondet Persius; **MIN** inquit, pro "mihi ne", o amice. **AIS ISTVD?**, quasi dicat, id mihi exploratum est, sic enim de re manifesta loqui solemus. **NEMO HERCVLE NEMO**, subaudi "leget", vel duo vel tres voluit dicere; sed quia multum erat tres legere, suppressit². **NEMO?**, subaudi "inquis leget tua carmina o Persi"; et legendum est interrogative.

3.- **TVRPE ET MISERABILE**, nam laborare in eo opere quod nemo aut pauci legant, turpe est et ignominiosum et miserabile, id est, cuius infoelicitatis³ sit miserendum; ut turpitudinem referatur ad culpam, infoelicitas ad fortunam. **QVARE?**, verba sunt Persii ad monitorem suum; quare, inquit, est turpe et miserabile carmina mea a nemine aut a paucis legi?, an idcirco est turpe hoc et miserabile quod Polydamas et Troades praelaturi sunt meis carminibus Labeonis opera?

4-5.- **NE⁴ POLYDAMAS**, inquit; hic Troianus fuit vir nobilis ab **Homero** in *Iliade* <22, 90-110> celebratus; per quem videtur poeta intelligere Neronem, sicut per Troades Romanos, quorum nobilitas a Troianis habet originem. Sic **Iuvenalis** <1, 99-100>: *iubet a precone vocari/ ipsos Troiugenas*. Sed advertendum quod genere muliebri appellavit illos "Troadas", quasi foeminas potius quam viros; sic **Vergilius** <Aen. 9, 617>:

1.- **O CVRAS HOMINVM** (oh preocupaciones de los hombres), como es propio del poeta satírico atacar las costumbres perversas de los hombres, por ello empieza por aquello en lo que caen especialmente los propios poetas, mostrando que ellos buscan la gloria de la opinión del vulgo más que del asunto en sí. Así pues, al principio presenta Persio a un amigo que le disuade y le aleja de escribir una Sátira, alegando que nadie leerá sus obras. Y dicho amigo afirma: **O CVRAS HOMINVM** (oh preocupaciones de los hombres), esto es, ¡oh pensamientos vacíos de los hombres! Es una expresión condensada, y tiene a la vez valor de admiración y de indignación. Así más abajo <1, 26-27>: *o mores usque adeo ne scire/ tuum nihil est*. **O QVANTVM INANE** (cuánto vacío), es decir, de vanidad, **EST IN REBVS** (hay en las cosas), por supuesto, "humanis" (humanas), que es muy parecido a lo que dice nuestro predicador (Qohélet)¹ <eccles. 1, 2; 12, 8>: *vanitas vanitatum et omnia vanitas* (vanidad de vanidades y todo vanidad).

2.- **QVIS LEGET HAEC** sobreentendido "quae scribis, o Persi" (quién leerá esto que escribes, oh Persio); como si dijera: puesto que los autores escriben con la pretensión de que sus escritos sean leídos por otros, sería vano, porque no consigue su fin, "escribes en vano". **MIN TV ISTVD AIS** (a mí me dices tú esto), responde Persio; dice **MIN** en vez de *mihi ne, o amice* (¿a mí, amigo), **AIS ISTVD?** (dices esto?), como si dijera: de sobra sé yo esto; así solemos hablar sobre un asunto conocido. **NEMO HERCVLE NEMO** sobreentendido "leget" (nadie, por Hércules, nadie, lo leerá); quiso decir dos o tres, pero, porque sería mucho que lo leyera tres, lo suprimió <el tres>. **NEMO?** sobreentendido "inquis leget tua carmina o Persi" (¿nadie -dices- leerá tus poesías, oh Persio?); y debe leerse de forma interrogativa.

3.- **TVRPE ET MISERABILE** (vergonzoso y miserable), pues trabajar en una obra que quizá no lea nadie o la lean muy pocos es vergonzoso, ignominioso y miserable, es decir, hay que apiadarse de esta desdicha; de manera que la vergüenza (*turpitudinem*) se refiere a la conducta, la desdicha a la fortuna. **QVARE?** (¿por qué?), son palabras de Persio a su consejero, ¿por qué, dice, es vergonzoso y miserable que mis poesías sean leídas por pocos o por ninguno? ¿es acaso vergonzoso y miserable que Polidamante y las troyanas prefieran las obras de Labeón a mis versos?

4-5.- **NE POLYDAMAS** (que Polidamante) dice; este troyano fue un noble varón celebrado por **Homero** en la *Iliada* <22, 90-110>; por medio del cual el poeta parece aludir a Nerón, lo mismo que por medio de *Troades* alude a los Romanos, cuya nobleza tiene su origen en los troyanos. Así **Juvenal** <1, 99-100>: *iubet a precone vocari/ ipsos Troiugenas* (convoca a los mismos descendientes de los troyanos por medio del pregonero). Pero debe advertirse que por su carácter afeminado les llamó *Troadas*, como si fuesen mujeres más que hombres; así **Virgilio** <Aen. 9, 617>:

(1) nisi te scire hoc sciat alter? addit P.

(2) NEMO?: verba sunt monitoris illius, NEMO? addit R.

(3) infoelicitatis: infoelicitati M.

(4) ne Polydamas: nae pulydamas P.

(1) Concionator (Predicador) es la traducción del hebreo Qohélet, nombre común para designar-según la explicación más probable- al que habla en la asamblea (qahal, gr. ekklesia), *Biblia de Jerusalén* (1975: 899).

o vere Phrygiae neque enim Phryges. PRAETVLERINT MIHI LABEONEM?, poetam nescio quem, qui tunc erat in manibus atque ore Romanorum. *NVGAE*, subaudi "sunt haec omnia"; dicuntur autem "nugae" a "nihil agendo"; "nugas" igitur agit, qui ex iudicio multitudinis imperite carmina sua velit aestimari; quare ad se ipsum omnia referenda esse dicit. Vt enim **Seneca** in *Epistolis* <7, 9> ait: *non est quod te gloria publicandi ingenii producat in medium ut recitare istis velis* <...> "*Cui ergo inquis ista didici?*", *non est quod timeas, ne operam perdidideris, si tibi didicisti* <...>. **Democritus** ait: "*unus mihi pro populo est, et populus pro uno*", et quae sequuntur. **SI ROMA TVRBIDA**, id est, quae in iudicando de rebus claritate rationis non utitur,

6-7.- **ELEVET (QVID)**, id est, extollat et laudibus in caelum efferat, **(NON) ACCEDAS**, id est, laudibus illius non consentias; atque e contrario si deprimat quid, non te moveat et perturbet. **(NON) CASTIGES EXAMEN**, "examen" est in statera filum illud quo ostenditur, quando ea quae appenduntur in bilancibus sunt aequalia; hic autem per "examen improbum" corruptum Romanorum iudicium significat; ut sit sensus, "non castiges", id est, bene castigare non poteris, **EXAMEN IMPROBVM**, id est, corruptum iudicium, **IN ILLA TRVTINA**, scilicet Romanorum, in qua non bene res neque pro meritis estimantur. **Vergilius** in *Viro bono* <App. Verg. inst. vir 9-11>: *iusto trutinæ se examine pensat*⁶/ *ne quid hiet, neu quis*⁷ *perturbet*⁸ *angulus equis/ partibus ut coeat, ne quid*⁹ *deliret amussis*. **NEC TE QVAESIVERIS EXTRA**, subaudi "te ipsum"; ac si dicat, te ipsum consule, te ipsum iudica, et sola recte factorum conscientia fruere.

8.- **NAM ROMAE EST QVIS NON**, non debere quemquam¹⁰ populi iudicium spectare dixit; cuius subdit causam dicens, **NAM ROMAE EST QVIS NON**, subaudi "asinus"; quod est animal stolidum; ac si dicat, ineptus iudex. Sed quia nimis procaciter diceretur, subticuit; redditurus tamen infra <121>, cum dicit "auriculas asini

o vere Phrygiae neque enim Phryges (oh, Frigias realmente, pues no sois Frigios). **PRAETVLERINT MIHI LABEONEM?** (¿preferían a Labeón antes que a mí?) cierto poeta que en esa época estaba en las manos y boca de los romanos. *NVGAE* sobreentendido "sunt haec omnia" (son tonterías todas estas cosas). Y se dice *nugae* de *nihil agendo*; por tanto, compone *nugae* el que desea que sus poemas sean apreciados por la opinión inexperta de las multitudes; por lo cual sostiene que todo se ha de someter al juicio de uno mismo. Así **Séneca** en *Epistolas* <7, 9> dice: *non est quod te gloria publicandi ingenii producat in medium ut recitare istis velis* <...> "*Cui ergo inquis ista didici?*" *non est quod timeas ne operam perdidideris, si tibi didicisti* <...> **Democritus** ait: "*unus mihi pro populo est, et populus pro uno*" (No hay motivo para que la vanidad de proclamar tu talento te empuje hacia la gente para celebrar ante ella tus recitales <...> «¿Entonces, para quién he aprendido estas cosas?» No debes temer que hayas perdido tu esfuerzo, si aprendiste para ti <...> Dice **Demócrito**²: «Uno es para mí como un pueblo, y un pueblo como uno solo), y lo que sigue. **SI ROMA TVRBIDA** (si una Roma perturbada), o sea, que al hacer un juicio sobre algo no usa la perspicacia de la razón.

6-7.- **ELEVET (QVID)** (eleva algo), es decir, lo ensalza y eleva con alabanzas hasta el cielo, **(NON) ACCEDAS** (no accedas), esto es, no estés de acuerdo con sus alabanzas; y, por el contrario, si lo desprecia, no te conmueva ni perturbe; **(NON) CASTIGES EXAMEN** (no endereces el fiel), *examen* es el fiel que hay en la balanza que muestra cuándo son de igual peso las cosas que hay en los platillos; y aquí mediante *examen improbum* indica el juicio erróneo de los romanos; de modo que el sentido es: *non castiges*, es decir, no podrás enderezar bien, **EXAMEN IMPROBVM** (el fiel torcido), es decir, el juicio erróneo, **IN ILLA TRVTINA** (en aquella balanza), a saber, la de los romanos, en la que las cosas no se aprecian bien, ni por sus méritos. **Virgilio** in *Viro bono*³ <App. Verg. inst. vir 9-11>: *iusto trutinæ se examine pensat, / ne quid hiet, neu quis perturbet angulus equis/ partibus ut coeat, ne quid deliret amussis* (medita y queda en equilibrio el justo fiel de la balanza; que nada se raje, que nada se hinche, que el ángulo divida en partes iguales, que la regla no se desvíe nada, sea sólido todo lo que haya debajo). **NEC TE QVAESIVERIS EXTRA** sobreentendido "te ipsum" (y no te busques fuera de ti mismo); como si dijera: consúltate a ti mismo, júzgate a ti mismo, goza solamente con la conciencia de las cosas bien hechas.

8.- **NAM ROMAE EST QVIS NON** (pues en Roma, quién no es), ha dicho que nadie debe tener en cuenta la opinión del pueblo; y la causa de ello la pone a continuación diciendo, **NAM ROMAE EST QVIS NON** sobreentendido "asinus" (pues en Roma, quién no es asno), porque es un animal tonto; como si dijera: "juez inepto". Pero, puesto que se expresaría con demasiado descaro, lo ha callado; sin embargo aparecerá

(5) si omittit Z.

(6) pensat: pendit Z.

(7) neu quis: ne quid Z.

(8) perturbet: protuberet Z.

(9) ne quid: nil ut Z.

(10) quemquam: quamquam R.

(2) Demócrito de Abdera, que en ética predicaba la moderación de los deseos y la sobriedad como vía para llegar a la serenidad del alma.

(3) Como es normal en esta época se hacen de Virgilio obras que hoy son de atribución dudosa. Sobre la *Appendix* y los problemas de cada una de las obras que se integran en ella ver MOYA (1982).

quis non habet?". **AT¹¹ SI FAS DICERE!**, id est, tam infami appellatione illos notare, **SED FAS**, subaudi "est sic illos appellare".

9-10.- **TVNC CVM AD CANICIEM**, excusabiles essent Romani, si per aetatem errarent tum in iudicando tum etiam scribendo; nunc vero etiam senes eodem ignorantiae morbo tenentur, ut merito debeant asini appellari. **CVM ASPEXI**, inquit, id est, contemplor et converto me, **AD CANICIEM**, id est, ad senes canos, **ET NOSTRVM ISTVD VIVERE TRISTE**, id est, ad hanc vitam nostram tristem, hoc est, ad homines quosdam graves et severos; et ad ea, **QVAECVMQVE FACIMVS**, id est, facere debemus, **RELECTIS NVCIBVS**, qui ludus puerorum est ut ludant nucibus par et impar. Tunc enim, ut ait **Horatius** <sat. 2, 3, 247-249>, seria quaerere debemus, nam **aedificare casas, plostello adiungere mures, ludere par impar, equitare in arundine¹² longa, si quem barbatum delectat¹³ amentia versat¹⁴**.

11.- **CVM SAPIMVS PATRVOS**, id est, sapientiam patruorum referimus; nam pueri apud patruos educabantur. **Horatius** <carm. 3, 12, 2-3>: **metuentes/patruae verbera linguae** et aliubi <HOR. sat. 2, 3, 88>: **ne sis patruus mihi. TVNC TVNC TVNC***, ter dixit ut indignationem exprimeret, sed turpitudinem suppressit; intelligendum tamen est sumus asinis stolidiores et ineptiores iudices, **IGNOSCITE**, subaudi "mihi", si turpitudinem vestram retexero. **NOLO**, subaudi "retegere"; et sunt verba dubitantis loquaturne, an sileat. Et ideo subdit,

12.- **QVID FACIAM?**, sed tandem eligit alteram partem deliberationis, hoc est, Romanorum mores atque corrupta rerum detegere iudicia; ut inde sibi risum excutiat dicens, **SED SVM CACHINNO**, id est, ridibundus; nam "cachinnari" est solute atque immodice ridere; unde "cachinnones" dicti; **PETVLANTI SPLENE**, id est, lascivo et in risum prurienti. Nam ut scribit **Plinius Naturalis Histo.** 1. XI <204-205> splene sive lye risus atque iocorum sedes est.

13-14.- **SCRIBIMVS INCLVSI**, in quo Romani minus sapiant, illud videlicet est, quod scriptores parant atque componunt se iudicio vulgi ut inanem favoris auram

más abajo <121> cuando dice *auriculas asini quis non habet?*. **AT SI FAS DICERE!** (pero, ¿si fuera lícito decir!), esto es, denominarles con tan infame apelación, **SED FAS** sobreentendido "est sic illos appellare" (pero es lícito llamarlos así).

9-10.- **TVNC CVM AD CANICIEM** (entonces cuando a la canicie), tendrían excusa los romanos si por su edad se equivocaran al juzgar o incluso al escribir; pero ahora los ancianos están afectados de tal modo por esa misma enfermedad de la ignorancia que con razón se les debe llamar asnos. **CVM ASPEXI** (cuando miro) dice, esto es, miro atentamente y me vuelvo, **AD CANICIEM** (a la canicie), esto es, hacia los ancianos canosos, **ET NOSTRVM ISTVD VIVERE TRISTE** (y este nuestro triste vivir), es decir, a esta triste vida nuestra, esto es, a ciertos hombres serios y severos; y a esas cosas, **QVAECVMQVE FACIMVS** (cualquier cosa que hacemos), es decir, debemos hacer, **RELECTIS NVCIBVS** (dejadas las nueces), que es un juego de niños en que juegan con nueces a pares y nones. Pues entonces, como dice **Horacio** <sat. 3, 247-249>, debemos buscar cosas serias, pues: **aedificare casas, plostello adiungere mures, ludere par impar, equitare in arundine longa, si quem barbatum delectat amentia versat** (si alguno con toda su barba se entretiene en construir caséticas, a unir los ratones a un carrito, a jugar a pares y nones, a cabalgar sobre una caña larga, se diría que está loco).

11.- **CVM SAPIMVS PATRVOS** (cuando sabemos a tíos paternos), esto es, reflejamos la sabiduría de los tíos paternos; pues los niños se educaban en casa de los tíos paternos. **Horacio** <carm. 3, 12, 2-3>: **metuentes/patruae verbera linguae**, (temiendo los azotes de la lengua del tío) y en otra ocasión <HOR. sat. 2, 3, 88>: **ne sis patruus mihi** (no hagáis el tío respecto a mí). **TVNC TVNC TVNC*** (entonces, entonces, entonces), lo dice tres veces para expresar la indignación, pero omitió lo que avergonzaba; debe entenderse, no obstante: somos jueces más tontos e ineptos que los asnos. **IGNOSCITE** sobreentiéndase "mihi" (perdonadme), si descubro vuestra torpeza, **NOLO** sobreentendido "retegere" (no quiero descubrirlas); y son palabras del que duda entre hablar o callar; y añade,

12.- **QVID FACIAM?** (¿qué haré?), pero por fin elige una de las dos opciones, a saber, poner de relieve las costumbres de los romanos y los juicios erróneos acerca de las cosas, para con ello provocar la risa, diciendo, **SED SVM CACHINNO** (pero soy un burlón), esto es, dominado por la risa; pues *cachinnari* es reír libre e inmoderadamente; de donde se dicen *cachinnones* (burlones); **PETVLANTI SPLENE** (de bazo petulante), esto es, lascivo y con vivo deseo de reír. Pues, como escribe **Plinio**, *Historia Natural* libro XI <204-205>⁴, el bazo (*splen* o *lien*) es la sede de la risa y las bromas.

13-14.- **SCRIBIMVS INCLVSI** (escribimos encerrados), evidentemente aquello en lo que los romanos son menos listos es en que como escritores se preparan y se acomodan al juicio del vulgo con el fin de conseguir el vacío resplandor de la

(11) at: ah P.

(12) arundine: harundine Z.

(13) barbatum delectat: delectet barbatum Z.

(14) versat: verset Z.

(4) sunt qui putent adimi simul risum homini intemperantiamque eius constare lienis magnitudine.

inde aucupentur; adultores vero adulationi subserviunt; atque ita ex aequo utriusque peccant; quare in utrosque poeta invehitur. Dicit igitur, **[NOS] INCLVSI**, id est, a turba remoti, **SCRIBIMVS ALIQVID GRANDE**, id est, stilo grandiloquo et turgido. Per parentheses vero partes prolepsis explicavit, dicens, **ILLE NVMEROS**, id est, versus qui numeris syllabarum et temporum constant, **HIC PEDE LIBER**, id est, solutus lege carminis; quasi dicat, in prosa oratione; **QVOD PVLMO PRAELARGVS ANIMAE**, id est, aeris quem largiter spiret; **ANHELET**, id est, cum anhelitu resonet. Sic infra <5, 10-11>: "Tu neque anhelanti, coquitur dum massa camino/ folle premis ventos".

15.- **SCILICET HAEC POPVLO**, subaudi "quae sequuntur"; nam superiora, ad se tantum poterant pertinere, nisi etiam velis et illa recitationis gratia parari. Vti autem tanto apparatu favoris plebei gratia conciliandi, non potest reprehensione carere, cum praesertim ex tam molli et lasciva recitatione auditores in libidinem ex illius verbis conceptam pruriant. Dicit igitur, **(CVM) PEXVS**, subaudi "poeta", aut capillos habens pexos; vel "pexus", id est, pexatus, hoc est, veste pexa indutus. **Martialis** <2, 58, 1>: *pexatus pulchre rides mea Zoile trita*; **[ET] ALBVS**, id est, veste alba indutus, **TOGA RECENTI**, id est, nova,

16.- **CVM SARDONYCHE**, lapillo precioso Sardium et onycha repraesentans¹⁵, **NATALICIA**, id est, qua solis natalibus utebatur, aut die natali sibi dono data; **TANDEM**, ad moram ornatus referri potest, ut **Vergilius** <Aen. 4, 136>: *tandem progreditur magna comitante caterva*¹⁶.

17-18.- **SEDE LEGENS CELSA**, id est, in cathedra recitans sua carmina, **(ET) FRACTVS**, id est, eviratus effoeminatusque voce muliebri, **OCELLO PATRANTI**, id est, in recitatione quasi rem veneream perficienti, quod in oculis ludibundis maxime cognoscitur. Cum prius **COLLVERIT**, id est, laverit, **GVTTVR MOBILE**, id est, flexible ad voces formandas, **PLASMATE LIQVIDO**, id est, potione liquida ad vocem molliendam flectendamque sumpta. Dictum est autem "plasma" a "plasso"¹⁷ quod est formo.

19-21.- **HIC**, id est, tunc, cum a poeta recitante talia fiunt, **VIDEAS**, videre

(15) repraesentans: repraesentante P.
(16) comitante: stipante Z.
(17) plasso: plasmato S πλάττω P.

aclamación; pero también los aduladores son esclavos de la adulación; y así igual pecan unos y otros; por lo cual el poeta ataca a unos y a otros. Y dice, **[NOS] INCLVSI** (*nosotros encerrados*), esto es, alejados de la multitud, **SCRIBIMVS ALIQVID GRANDE** (*escribimos algo grande*), esto es, con estilo grandilocuente e hinchado. Por medio de una aposición explica las partes de la prolepsis, diciendo, **ILLE NVMEROS** (*aquéel, números*), esto es, versos que constan de números determinados de sílabas y de tiempos, **HIC PEDE LIBER** (*éste, libre del "pie"*), esto es, libre de la ley del verso; como si dijera: en prosa; **QVOD PVLMO PRAELARGVS ANIMAE** (*que un pulmón amplio de vida*), i.e., de aire, que expulsa en abundancia; **ANHELET** (*resuelle*), esto es, suena con respiración agitada. Así más abajo <5, 10-11>: *Tu neque anhelanti, coquitur dum massa camino/ folle primis ventos*.

15.- **SCILICET HAEC POPVLO** sobreentendido "quae sequuntur" (*evidentemente, para el pueblo esto que sigue*); pues lo anterior tan sólo podía referirse a él, a no ser que uno quisiera también prepararse para recitar eso. No puede carecer de censura hacer uso de gran artificio para ganarse el favor de la plebe; especialmente porque los oyentes de tan blanda y lasciva recitación sienten comezón por el desenfreno surgido de sus palabras. Dice, por tanto, **(CVM) PEXVS** sobreentendido "poeta" (cuando el poeta, *peinado*), que tiene los cabellos repeinados; o bien *pexus*, es decir, *pexatus*, esto es, vestido con un atuendo muy cuidado. **Marcial** <2, 58, 1>: *pexatus pulchre rides mea Zoile trita* (*bien vestido, Zoilo, te ríes de mis gastadas prendas*). **[ET] ALBVS** (*y blanco*), es decir, vestido con un traje blanco, **TOGA RECENTI** (*con una toga reciente*), esto es, nueva.

16.- **CVM SARDONYCHE** (*con la sardónice*), piedra preciosa, que presenta un sardo y un ónice (sardónice), **NATALICIA** (*natalicia*), esto es, la que se usaba sólo en el día del cumpleaños o había sido regalada ese día; **TANDEM** (*por fin*), puede referirse al tiempo dedicado a adornarse, como **Virgilio** <Aen. 4, 136>: *tandem progreditur magna comitante caterva*⁵ (*por fin avanza acompañada de numeroso cortejo*).

17-18.- **SEDE LEGENS CELSA** (*leyendo desde un sitial elevado*), esto es, recitando en la cátedra sus poesías, **(ET) FRACTVS** (*y quebrado*), esto es, amariconado y afeminado, con voz de mujer, **OCELLO PATRANTI** (*con los ojos provocativos*), esto es, que en recita como el que alcanza un orgasmo, lo cual se nota principalmente en los ojos lascivos. Porque antes **COLLVERIT** (*ha limpiado*), esto es, ha lavado, **GVTTVR MOBILE** (*su garganta dócil*), esto es, flexible para formar voces, **PLASMATE LIQVIDO** (*gracias a un líquido suavizante*), esto es, habiendo tomado una bebida líquida para suavizar y modelar la voz. Se dice *plasma* de *plasso* que es "formar".

19-21.- **HIC** (*aquí*), esto es, entonces, cuando el poeta que recita hace tales

(5) El texto de Virgilio dice *stipante*, quizá lo mezcló Nebrija con otros contextos de la *Eneida* en que *caterva* aparece con *comitante*: 2, 40 y 2, 370 (*magna comitante caterva*), 5, 76 (*magna medius comitante caterva*).

possis, **TITOS INGENTES**, cives Romanos sic dictos a tutando Rempubliam, **TREPIDARE**, id est, pruritu libidinis titillari, **CVM CARMINA**, id est, quia carmina; nam "cum" coniunctio est causalis hoc in loco; **INTRANT LVMBVM**, id est, penetrant in ipsam libidinis sedem, **ET VBI INTIMA SCALPVNTVR**; sumptum est ab iis qui scabiosi cum sint dulcedine scabendi fruuntur; **VERSV TREMVLO**, id est, qui voce tremula et infracta in aures auditoris descendit; aut "versu tremulo", id est, titillatore membrorum.

22.- **TVN VETVLE**, in ipsum poetam quasi auctorem tanti mali invehitur, cum praesertim senex sit. Dicit igitur, "tun vetule", pro "tu ne o senex"; et respicit ad illud quod supra <1, 9> dixit: "tunc cum ad caniciem"; **COLLIGIS ESCAS**, id est, quaeris materiam et fomenta libidinis,

23.- **AVRICVLIS ALIENIS**, id est, ut alios incites in libidinem; quod turpius est quam si te ipsum incitares¹⁸. **AVRICVLIS QVIBVS?**, capite quassanti hoc proferendum est, quasi dicat, quae libentissime huiusmodi illecebras auditorae¹⁹ sunt. Vel ad illud referendum est quod infra <121> dicturus est: "auriculas asini quis non habet?"; ut sit, **AVRICVLIS QVIBVS?** ut intelligas illos esse iudices ineptos, quibus talia deferantur. **ET PERDITVS CVTE**, id est, nimio studio habens cutem pallore ac macie deperditam, **DICAS OHE**, vox bacchantium est, quales se poetae non nunquam fingunt, hoc est, Bacchi numine inflammatos; ut **Horatius** <carm. 2, 19, 5>: **ohe**²⁰ *recenti mens trepidat metu*. Et **Iuvenalis** <7, 62>: **satur est cum dicit Horatius ohe**.

24-25.- **QVID DIDICISSE**, verba sunt poetae qui laudis cupiditate ductus scribit, recitatque carmina sua; et respondet ad ea quae Persius in illum iecit. **QVID DIDICISSE**, subaudi "iuvat me", aut "prodest mihi", **NISI HOC FERMENTVM**, id est, haec mea scientia, quae quasi fermentum in massa panis fecit²¹ tumorem, ita me cogit in aliquod opus componendum erumpere; **ET CAPRIFICVS**, solent caprifici inter saxa aedificiorum nasci illaque dissipare. **Martialis** <10, 2, 9>: **marmora Messalae findit caprificus**. Et **Iuvenalis** <10, 144-145>: **ad quae/ discutienda valent sterilis mala robora fici**. **QVAE SEMEL INTVS INNATA EST**, id est, intra viscera mea est genita, id est, scientia acquisita sine fructu gloriae, **EXIERIT**, id est, in publicum prodierit. Nam ut ait **Seneca** in *Epistolis* <6, 4>: **non**²² *me ulla res delectabit licet, eximia sit*²³ *et salutaris, quam mihi uni sciturus sum, si cum hac exceptione detur sapientia ut illam inclusam teneam, nec enunciem reiiciam*. **RVPTO IECORE**, id est, ruptis praecordis, quo pacto

cosas, **VIDEAS** (*verías*), podrías ver, **TITOS INGENTES** (*a los enormes Titos*), ciudadanos romanos así llamados por proteger (*tutor*) la República, **TREPIDARE** (*temblar*), esto es, conmoverse por la comezón de la libido, **CVM CARMINA**, esto es, *quia carmina* (*porque los poemas*), pues *cum* en este lugar es conjunción causal; **INTRANT LVMBVM** (*entran en su lomo*), esto es, penetran en la sede misma de la pasión, **ET VBI INTIMA SCALPVNTVR** (*y cuando sus intimidades son rascadas*), está tomado de los que sintiendo picor, disfrutaban con el placer de rascarse; **VERSV TREMVLO** (*por un verso trémulo*), esto es, que con voz trémula y quebrada llega a los oídos del oyente; o *versu tremulo*, esto es, con temblor de los miembros.

22.- **TVN VETVLE** (*acaso tú, vejete*), se ataca al propio poeta como autor de tan grandes males, y sobre todo por ser viejo. Dice *tun vetule* en vez de *tu ne o senex*; y remite a lo que dijo antes <1, 9> *tunc cum ad caniciem*; **COLLIGIS ESCAS** (*recoges alimentos*), esto es, buscas la materia y alimento de la pasión,

23.- **AVRICVLIS ALIENIS** (*para oídos ajenos*), esto es, para incitar a otros a la pasión; lo cual es más vergonzoso que si te incitaras a ti mismo. **AVRICVLIS QVIBVS?** (*¿para qué oídos?*), esto es, ha de decir mientras se mueve la cabeza, como si dijera: las que oirán tales halagos con muchísimo placer. O debe referirse a lo que dirá más abajo *auriculas asini quis non habet*; de modo que sea, **AVRICVLIS QVIBVS?** (*¿para qué oídos?*), para que comprendas que son jueces ineptos aquellos a los que se dirigen tales cosas. **ET PERDITVS CVTE** (*incluso perdido en la piel*), esto es, que por el excesivo afán tiene la piel estropeada por la palidez y la delgadez, **DICAS OHE** (*dirías "ohe"*), es la voz de las bacantes, cuales los poetas se hacen pasar a menudo, esto es, inflamados por el numen de Baco; como **Horacio** <carm. 2, 19, 5>: **ohe** *recenti mens trepidat metu* (*¡Evohe! Mi espíritu todavía tiembla con el reciente temor*). Y **Juvenal** <7, 62>: **satur est cum dicit Horatius ohe**. (*cuando Horacio dice «Euhoe!» está saciado*).

24-25.- **QVID DIDICISSE** (*para qué haber aprendido*), son palabras del poeta que, llevado por el deseo de alabanza, escribe y recita sus versos; y responde a lo que Persio le ha lanzado, **QVID DIDICISSE** sobreentendido "iuvat me" o "prodest mihi" (*para qué me sirve haber aprendido*), **NISI HOC FERMENTVM** (*si este fermento no*), esto es, esta ciencia mía que así como la levadura en la masa del pan produce una hinchazón, así a mí me obliga a irrumpir en la composición de alguna obra; **ET CAPRIFICVS** (*y el cabrahígo*), los *caprifici* (cabrahígos o higueras silvestres) suelen nacer entre las piedras de las casas y separarlas. **Marcial** <10, 2, 9>: **marmora Messalae findit caprificus** (*la higuera silvestre hace hendeduras en los mármoles de Mesala*). Y **Juvenal** <10, 144-145>: **ad quae/ discutienda valent sterilis mala robora fici** (*que bastan para desvencijarlas las raíces de una higuera estéril*). **QVAE SEMEL INTVS INNATA EST** (*que una vez nació dentro*), esto es, fue engendrada dentro de mis entrañas; esto es, ciencia adquirida sin el fruto de la gloria; **EXIERIT** (*sale*), esto es, se muestra a la luz pública; pues como dice **Seneca** en *Epistolas* <6, 4>: **non** *me ulla res delectabit licet, eximia sit et salutaris, quam mihi uni sciturus sum, si cum hac exceptione detur sapientia ut illam inclusam teneam, nec enunciem reiiciam* (*ni doctrina alguna me deleitaria, por más excelente y saludable que*

(18) incitares: incitates R.

(19) auditorae S P: audituri M R C H.

(20) ohe: evohe Z.

(21) fecit: facit R H P.

(22) non: nec Z.

(23) eximia sit: sit eximia Z.

caprificus cum ex iuncturis erumpit, discutit saxa.

26.- **EN PALLOR**, verba sunt Persii in ambitiosum hunc poetam; dicitque illum non recte facere quod cum sit senex ob eam causam debeat studiis impallescere. "*En pallor*" **SENIVMQVE**, id est, en poeta pallidus et senex; turpis scilicet causa cur debeat pallere. **O MORES**, subaudi "perditos et corruptos"; et est cum exclamatione simul et indignatione proferendum. **Martialis** <9, 70, 1-2>: **Dixerat "o mores o tempora!" Tullius olim,/ sacrilegum strueret cum Catilina nefas. VSQVE ADEONE**, id est, in tantum,

27.- **TVVM SCIRE**, id est, tua scientia, **NIHIL EST**, id est, nihil utilitatis aut voluptatis affert tibi, **NISI ALTER SCIAT TE SCIRE HOC**, subaudi "quod scis"; cum potius, quemadmodum ab initio dixit, non debeat quaerere se extra se, neque quid alii sentiant curare.

28-29.- **AT PVLCHRVM EST**, verba sunt poetae ambitiosi. "Pulchrum", inquit, "est", atque proinde appetendum, **MONSTRARI DIGITO**, subaudi "praetereuntium". Sic **Horatius** <carmin. 4, 3, 22>: **quod monstror digito praetereuntium; ET DICIER**, pro "dici", ab omnibus, **HIC EST**, digito me designando; "hic est", inquit, ille qui opus carmine composuit.

29-31.- **[ET] PRO NIHILO PENDAS**, id est, nihili aestimare debes, **TEN**, pro "te ne", hoc est, opus a te compositum, **FVISSE DICTATA**, id est, quae pueri praeceptoribus reddant. Nam cum sit "dictare" dicere quae alii excipiant sive notis sive ut repetant, "dictatum" erit quod pueris ediscendum a praeceptore propositum est. **Iuvenalis** <5, 122-123>: **donec peragat dictata magistri/ omnia. CENTVM CIRRATORVM**, id est, puerorum, qui cirros, id est, crines ad duodevigessimum annum nutriebant; qui et "capillati" et "criniti" et "cincinnati" ex eadem causa dicebantur. **ECCE INTER POCVLA**, eos reprehendit qui in conviviis de poetarum carminibus iudicant; quod syncere non potest fieri, quia, ut dicit **Horatius** <sat. 2, 2, 8-9>, **male verum examinat omnis/ corruptus iudex. ECCE ROMVLIDAE**, id est, Romani quorum fuit conditor Romulus; quemadmodum a Cecrope "Cecropidae" Athenienses dicti sunt; **SATVRI**, quo tempore minus bene possunt carmina pensiculate iudicare, **QVAERVNT**, inter se disputant, **POEMATA DIA**, id est, divina, aut de rebus divorum et heroum

fuere, si tuviera que conocerla solamente yo. Si la sabiduría se me otorgase bajo esta condición, de mantenerla oculta y no divulgarla, la rechazaría). **RVPTO IECORE** (roto el hígado), esto es, rotas las entrañas de la misma manera que el cabrahígo rompe las piedras cuando brota por las juntas.

26.- **EN PALLOR** (he aquí la palidez), son palabras de Persio a este poeta ambicioso; y le dice que no hace bien porque siendo anciano no debe palidecer por el afán excesivo. "He aquí la palidez" **SENIVMQVE** (y la vejez), esto es, he aquí a un poeta pálido y viejo; por supuesto vergonzoso debe de ser el motivo por el que palidece. **O MORES** sobreentendido "perditos et corruptos" (¡costumbres perdidas y corrompidas!); y debe pronunciarse con exclamación a la vez que indignación. **Martial** <9, 70, 1-2>: **Dixerat "o mores o tempora!" Tullius olim,/ sacrilegum strueret cum Catilina nefas** («¡Oh costumbres, oh tiempos!» había dicho Tulio hace tiempo, cuando Catilina preparaba un crimen sacrilego). **VSQVE ADEONE**, esto es, in tantum (hasta tal punto),

27.- **TVVM SCIRE**, esto es, *tua scientia* (tu saber), **NIHIL EST** (no es nada), esto es, no te proporciona ninguna utilidad ni placer, **NISI ALTER SCIAT TE SCIRE HOC** sobreentendido "quod scis" (si otro no sabe que tú sabes esto que sabes); puesto que (como dijo desde el principio) -sc. el saber- no debe buscarse fuera de sí mismo, ni esforzarse por que otros lo noten.

28.- **AT PVLCHRVM EST** (pero es hermoso), son palabras del poeta ambicioso. "Es hermoso" -dice- y, por ende, deseable, **MONSTRARI DIGITO** sobreentendido "praetereuntium" (ser señalado con el dedo de quienes te salen al paso). Así **Horacio**, *Odas* <4, 3, 22>: **quod monstror digito praetereuntium**, (que los que pasan me señalen con el dedo); **ET DICIER** en vez de *dici* (y ser considerado) por todos, **HIC EST** (éste es), señalándome con el dedo; "éste es" -dice- el que compuso la obra en verso.

29-31.- **[ET] PRO NIHILO PENDAS** (y en nada valores), esto es, debes estimar en nada, **TEN** en vez de *te ne* (si tú), esto es, la obra compuesta por ti, **FVISSE DICTATA** (has sido los dictados), esto es, los que los niños dan a sus profesores. Pues siendo *dictare* decir lo que otros tomarán por escrito o para repetirlo, *dictatum* será lo que el profesor propone a los niños para que lo aprendan. **Juvenal** <5, 122-123>: **donec peragat dictata magistri/ omnia** (cumpliendo a la perfección todos los ritos preceptuados). **CENTVM CIRRATORVM** (de cien rizados), esto es, niños, que cuidaban sus rizos (*cirri*), es decir, sus cabellos hasta los diecisiete años; los cuales también eran llamados por la misma causa *capillati*, *crinati* y *cincinnati*. **ECCE INTER POCVLA** (he aquí que entre copas), reprehende a aquéllos que en los banquetes emiten juicio sobre los versos de los poetas; lo cual no puede hacerse honestamente, porque, como dice **Horacio** <sat. 2, 2, 8-9>, **male verum examinat omnis/ corruptus iudex** (todo juez cuando está corrompido, discierne mal la verdad). **ECCE ROMVLIDAE** (he aquí que los Romúlidas), esto es, los romanos, cuyo fundador fue Rómulo; lo mismo que de Cécrope se llama "Cecrópidas" a los Atenienses; **SATVRI** (saciados), momento en que malamente pueden juzgar los versos con un juicio equilibrado, **QVAERVNT** (indagan) disputan entre sí, **POEMATA**

scripta, **QVID NARRENT**²⁴, quid dicant et contineant.

32-33.- **HIC**, id est, tunc, **ALIQVIS**, ex numero convivarum, **CVI LENA**²⁵ **IANTHINA**, id est, vestis coloris violacei, nam "ion" est viola, "anthos"²⁶ flos, cuius color vestibus in deliciis nomen dedit, ut ianthinae appellarentur. **Martialis** <2, 39, 1>: **coccina famosae donas**²⁷ **et ianthina mechae**²⁸. In Sacris Litteris ubicumque est²⁹ color hyacintinus emenda tu³⁰ ianthinus. **EST CIRCA**³¹ **HVMEROS**, id est, qui veste³² violacea est indutus³³, ac per hoc nobilem fuisse significat; **LOCVTVS QVIDDAM RANCIDVLVM**, id est, quod, quasi cibus rancidus, fastidium aliis movere possit, ut sit translatio saporis ad vocem, **DE NARE BALBA**, quia emittendo spiritum per nares, videtur balbutire,

34-35.- **ELIQVAT**, id est, gracili et delicata voce profert; sumptum ab iis, qui per colum aut cribrum aliquid secernunt, aut colant. **Vergilius** in *Moreto* <41-42>: **foraminibusque liquatur/ emundata Ceres; PHYLLIDAS**, id est, elegias factas de Phyllide regina Thraciae quae cum Demophoontem Thesei filium hospitio primum deinde thalamo suscepisset, profectus ille Athenas cum se ad constitutum tempus rediturum polliceretur³⁴, neque id praestitisset illa morae impatiens vitam laqueo finivit; **HYSIPYLAS**, poemata³⁵ de Hypsipyle Thoantis filia, quae cum Lemni regnaret, Iasonem ad Colchos proficiscentem hospitio suscepit, atque illo deinde marito usa est³⁶, qui victor atque coniugii pristini immemor cum Medea in patriam rediit. **ET SI QVID**, id est, si aliquod poema, **VATVM**, id est, poetarum, **EST**³⁷ **PLORABILE**, id est, flebile. Significat autem elegum, carmen quod de rebus flebilibus est. **ET SVPLANTAT VERBA**, id est, extenuat in modulationem quandam vocis rigorem; "supplantare" nanque

DIA (los poemas "dia"), esto es, divina (divinos), o escritos sobre temas de dioses o héroes, **QVID NARRENT** (qué narran), qué cuentan y contienen.

32-33.- **HIC** (aquí), esto es, entonces, **ALIQVIS** (alguno) del número de los convidados, **CVI LENA IANTHINA** (al que la capa de jacinto), esto es, vestido de color violáceo, pues ion es violeta, anthos es flor; el color de ésta da nombre a los vestidos de lujo, de manera que se llaman ianthinae. **Marcial** <2, 39, 1>: **coccina famosae donas et ianthina mechae** (regalas vestidos de color grana y violáceos a una conocida prostituta). En la Sagrada Escritura donde pone color hyacintinus⁶, se debe corregir ianthinus. **EST CIRCA HVMEROS** (está alrededor de sus hombros), esto es, que va vestido de manto violáceo, y con esto indica que ha sido importante, **LOCVTVS QVIDDAM RANCIDVLVM** (que dice algo rancio), esto es, que, casi como un alimento rancio, puede molestar a los demás, de modo que es una traslación del sabor a la voz; **DE NARE BALBA** (desde su nariz balbuciente), porque al expulsar el aire por la nariz parece balbucir.

34-35.- **ELIQVAT** (destila), esto es, pronuncia con voz suave y delicada. Está tomado de los que separan o cuelan algo con un colador o criba. **Virgilio** en *Moreto* <41-42>: **foraminibusque liquatur/ emundata Ceres** (<la harina> y por los agujeros se filtra pura y limpia); **PHYLLIDAS** (Fíldas), esto es, elegias hechas sobre Fílide, reina de Tracia, que habiendo recibido a Demofonte, hijo de Teseo, primero en su casa, después en su tálamo, habiéndolo marchado él a Atenas, después de haberle prometido volver en un tiempo determinado y no haberlo cumplido, ella, incapaz de soportar la demora, puso fin a su vida con una cuerda; **HYSIPYLAS** (Hipsípilas), poemas sobre Hipsípila, hija de Toante, que reinando en Lemnos, recibió como huésped a Jasón que marchaba a la Cólquida, y después se unió a él como a un esposo; éste vencedor y olvidado de su antigua unión volvió a su patria con Medea. **ET SI QVID** (y si algo), esto es, si algún poema, **VATVM** (de los vates), esto es, de los poetas, **EST PLORABILE** (es deplorable), esto es, lacrimógeno; y se refiere a la elegía, poema que trata de cosas que inducen al llanto. **ET SVPLANTAT VERBA** (y suplanta palabras), esto es, atenúa con cierta modulación la severidad de la voz; **supplantare** es, en efecto, defraudar y disminuir;

(24) narrent C S H P: diarrent M R.

(25) lena: lenai S.

(26) ion...anthos: ἰόν...άνθος P.

(27) donas H P Z: dorias M R C donans S.

(28) mechae: moechae P Z.

(29) est: omittit S.

(30) emenda tu: emendatur P.

(31) circa: circum P.

(32) veste: veste qui R.

(33) indutus: inductus S.

(34) polliceretur: pollicitus est P pollicitus esset H.

(35) poemata R S P: poemate M C.

(36) usa est: usus est R.

(37) est: et P Z.

(6) El término, al igual que ianthinus, es muy frecuente en la Biblia, especialmente en *Éxodo* y *Números*.

est defraudare atque diminuere; **PALATO TENERO**, id est, molli et effoeminato, ut vocis lenocinio auditorum aures demulceat.

36-37.- **ASSENSERE VIRI**, id est, convivae assensum praebuere, applaudendo poetae recitanti: **NVNC NON**, verba sunt convivarum in laudem poetae mortui cuius carmina sunt recitata; dicentium ut illius Manes, quemadmodum nos dicere solemus, requiescant in pace et ossa molliter iaceant, **CINIS ILLE POETAE**, cuius carmina modo audivimus, **NON [EST] NVNC FOELIX?**, ac si dicat³⁸, est profecto foelix, **[ET] CIPPVS**³⁹, id est, tymba sive tumba; sic enim Graece et Hispane dicitur lapis qui sepulchro super imponitur interdum pro loco sepulchri, ut apud **Horatium** in primo *Sermonum* <8, 12-13>: *mille pedes in fronte*⁴⁰, *trecentos cippus in agrum/ hic dabat*, **NON IMPRIMIT NVNC OSSA LEVIOR?**, pro "levius", quasi dicat, sic, profecto est, quod terra nunc est illi levis, id quod in omnibus fere⁴² monumentis sepulchrorum legimus: H.S.E.S.T.T.L.- hoc est, "hic situs est"⁴³, sit tibi terra levis".

38-40.- **LAVDANT CONVIVAE**, et addunt superioribus. **NON NASCENTVR NVNC VIOLAE**, id est, flores, ut sit species pro genere, **E⁴⁴ MANIBVS ILLIS**, id est, ex sepulchro diis Manibus sacro, **[ET] E[X] FAVILLA FORTVNATA**, id est, ex cinere et ossibus hominis fortunati; ac si dicat, deberent profecto nasci, quod perinde dictum est quasi florum odor perveniret ad mortui sensum. **Iuvenalis** <7, 207-208>: *dii⁴⁵ maiorum umbris tenuem et sine pondere terram/ spirantesque crocos et in urna perpetuum ver*, id est, vernos flores.

40-41.- **RIDES AIT**, inducit Persius quempiam, qui poetae illius qui tantopere laudatur, partes tueatur. **AIT**, ille poetae defensor, **RIDES**, scilicet o Persi, **ET INDVLGES NIMIS**, id est, das operam, **NARIBVS VNCIS**, id est, subsannationibus, hoc est, ronchis nos suspendendo, ut ait **Horatius** <sat. 1, 6, 5>: *naso suspendis adunco. AN ERIT*, subaudi "quispam", **QVI RECVSET**, id est, neget,

41-42.- **VELLE MERVISSE OS POPVLI**, id est, laudes meritas a populo consequi, **ET QVI LOCVTVS DIGNA CEDRO**, id est, aeternitate. Cedro enim sive

PALATO TENERO (en su paladar tierno), esto es, blando y afeminado, para que, con la suavidad de la voz, acaricie los oídos de los oyentes.

36-37.- **ASSENSERE VIRI** (asintieron los hombres), esto es, los convidados mostraron su asentimiento, aplaudiendo la recitación del poeta. **NVNC NON** (ahora no), son palabras de los convidados como alabanza al poeta muerto, cuyos versos se recitan, diciendo <aquéllos> que los Manes de aquél, como solemos decir, descansen en paz y sus huesos yazgan cómodamente. **CINIS ILLE POETAE** (aquella ceniza del poeta), cuyos versos hemos oído poco ha, **NON [EST] NVNC FOELIX?** (¿no es ahora feliz?), como si dijera: es completamente feliz, **[ET] CIPPVS** (y el cipo), esto es, tymba o "tumba", pues así se llama en griego y español la piedra que se coloca sobre el sepulcro y a veces en lugar del sepulcro, como en **Horacio** en el libro primero de las *Sátiras* <8, 12-13>: *mille pedes in frontem, trecentos cippus in agrum/ hic dabat* (un cipo señalaba para los muertos mil pies de frente y trescientos de profundidad); **NON IMPRIMIT NVNC OSSA LEVIOR?** <con adjetivo predicativo> en vez de *levius* <adverbio> (¿no oprime ahora sus huesos más levemente?), como si dijera: sí, ciertamente lo es, porque la tierra le es ahora leve, lo cual leemos en casi todos los monumentos funerarios: H.S.E.S.T.T.L., esto es: *hic situs est, sit tibi terra levis*.

38-40.- **LAVDANT CONVIVAE** (alaban los convidados), y añaden a lo anterior, **NON NASCENTVR NVNC VIOLAE** (no nacerán ahora violetas), esto es, flores, de modo que está la especie por el género; **E MANIBVS ILLIS** (de aquellos manes), esto es, del sepulcro consagrado a los dioses Manes, **[ET] E[X] FAVILLA FORTVNATA** (y de la afortunada brasa), esto es, de las cenizas y los huesos de un hombre afortunado, como si dijera: deberían nacer (sc. violetas), lo cual igualmente se dice, como si el olor de las flores llegara a los sentidos del difunto. **Juvenal** <7, 207-208>: *dii maiorum umbris tenuem et sine pondere terram/ spirantesque crocos et in urna perpetuum ver* (oh dioses, conceded a las sombras de nuestros mayores una tierra delgada y sin peso, azafranes perfumados y una primavera eterna en el sepulcro); esto es, flores primaverales.

40-41.- **RIDES AIT** (ríes, dice), introduce Persio a alguien que apoya la causa del poeta que es grandemente alabado. **AIT** (dice), el defensor del poeta, **RIDES** (ríes), evidentemente, "oh Persio", **ET INDVLGES NIMIS** (y eres demasiado indulgente), esto es, contribuyes, **NARIBVS VNCIS** (con las narices fruncidas), esto es, con tus burlas, es decir, burlándote de nosotros con tus mofas, como dice **Horacio** <sat. 1, 6, 5>, *naso suspendis adunco* (frunces desdeñosamente la nariz). **AN ERIT** sobreentendido "quispam" (acaso habrá alguien), **QVI RECVSET** (que rehúse), esto es, no lo acepte.

41-42.- **VELLE MERVISSE OS POPVLI** (querer haber merecido la boca del pueblo), esto es, conseguir del pueblo las alabanzas merecidas, **ET QVI LOCVTVS DIGNA CEDRO** (y que diciendo cosas dignas del cedro), esto es, de la eternidad. Con

(38) dicat: dicant P.

(39) cippus C S H P: cyppus M r.

(40) fronte H P Z: frontem M R S infrontem C.

(41) nunc: tunc P.

(42) fere S C P: vere M.

(43) est: es H P.

(44) e: et P.

(45) dii: di Z.

cedreleo⁴⁶, hoc est, oleo cedrino perungebantur chartae ne tineis et blattis pertunderentur, aut cariem sentirent, idque cedrus praestat. **Martialis** <3, 2, 7> ad librum suum: *cedro nunc licet ambules perunctus*. Et **Horatius** <ars 331-332>: *speramus carmina fingi/ posse linienda*⁴⁷ *cedro*.

43.- **LINQVERE**, subaudi "neget post mortem", **CARMINA NEC METVENTIA SCOMBROS**, pisces salsos ex genere halecum, qui a cetariis chartis involuti vendebantur, in quos usus damnabantur chartae inutiles. **Martialis** <4, 86, 8> ad librum suum: *nec scombris tunicas dabis molestas; NEC THVS*, id est, unde fiant cuculli, in quibus involvitur thus. **Martialis** <3, 2, 5> idem⁴⁸: *nec*⁴⁹ *thuris piperisve sis cucullus*. Est autem "cucullus" charta in speciem cuculli formata, Hispane dicitur "alcartaz"⁵⁰.

44.- **QVISQVIS ES**, alloquitur illum quem induxit partes ambitiosi poetae tuentem, respondetque ad illud quod dixit⁵¹ <41> "an erit qui velle recuset"; fateturque se non ab⁵² humanitate alienum, ut si quid recte fecerit, recuset laudari; sed quod non in eo debet constitui finis benefactorum operum, sed in rei recte factae conscientia. Dicit igitur, **O [TV] QVISQVIS ES QVEM FECI**, id est, finxi, **DICERE EX ADVERSO**, id est, mecum disputantem; subaudi "intende rationi meae".

45-47.- **EGO NON METVAM LAVDARI**, id est, non fugio laudes, **SI CVM SCRIBO**, id est, aliquod opus compono, **[ALI]QVID EXIT APTIVS**, id est, aliquod carmen concinnius et elegantius provenit; et per parenthesis interponit, **QVANDO HAEC EST RARA AVIS**, id est, raro contingit aliquid perfectum posse fieri in quovis genere, quemadmodum phoenix est rara avis, aut cignus niger. **Juvenalis** <6, 165>: *rara avis in terris nigroque simillima cigno*⁵³. Deinde repetit "si quid tamen aptius exit", **NEQVE ENIM FIBRA EST MIHI CORNEA**, id est, non habeo praecordia adeo dura, ut non tangar⁵⁴ laudis cupiditate, praesertim illa quae virtutem sequitur, tamquam umbra corpus. "Fibra" nanque dicitur, qua sanies, id est, imperfectus sanguis per corpus diffunditur, sicut sanguis per venas, spiritus per arterias. Sed peculiariter "fibrae" de iecore dicuntur, ubi sunt complures huiusmodi meatus.

(46) cedreleo: cedrelo R. cedreleo H P.

(47) linienda: linenda H P.

(48) idem: ibidem P.

(49) nec: ne S vel Z.

(50) Hispane dicitur alcartaz: Galli a similitudine, corniculum vocant P. alcartaz: alcartam S H.

(51) dixit: dicit P.

(52) ab: ita ab P.

(53) cigno: cycno Z. cigno P.

(54) tangar: tangat R.

cedro o *cedreleo*, es decir, óleo cedrino, se untan los papiros para que no sean agujereados por la polilla o las carcomas, o no se pudran, y eso lo garantiza el cedro. **Marcial** <3, 2, 7> dice a su libro: *cedro nunc licet ambules perunctus* (*ahora puedes circular totalmente untado de cedro*). Y **Horacio** <ars 331-332>: *speramus carmina fingi/ posse linienda cedro*, (*¿esperamos acaso que se puedan componer poemas dignos de ser tratados con aceite de cedro*).

43.- **LINQVERE** sobreentendido "neget post mortem" (rehúse *dejar* después de la muerte), **CARMINA NEC METVENTIA SCOMBROS** (*los poemas que no temen ni a las caballas*), peces salados de la familia del garo que eran ofrecidos por los vendedores envueltos en papel, uso al que se destinaban los escritos de poco valor. **Marcial** <4, 86, 8> a su libro: *nec scombris tunicas dabis molestas* (*ni servirás de envoltura molesta a las caballas*); **NEC THVS** (*ni al incienso*), es decir, de donde se hacen los cucuruchos en los que se envuelve el incienso. **Marcial** <3, 2, 5>: *nec thuris piperisve sis cucullus*. (*o te conviertas en un cucurucho de incienso o de pimienta*). El *cucullus* es un papel con forma semejante a un cono que en español se llama *alcartaz*.

44.- **QVISQVIS ES** (*quienquiera que seas*), se dirige a aquél que ha presentado como defensor de las obras del poeta ambicioso y responde a aquello que dice <41>: *an erit qui velle recuset*, y confiesa que él no es tan ajeno a la naturaleza humana como para rechazar que, si hiciera algo bien, lo alabaran; mas, porque no debe ponerse en esto el fin de las obras bien hechas, sino en la conciencia de una obra hecha con rectitud; dice, pues, **O [TV] QVISQVIS ES QVEM FECI** (*tú, quienquiera que seas, a quien hice*), esto es, imaginé, **DICERE EX ADVERSO** (*decir lo contrario*), esto es, al que discute conmigo, sobreentendiendo "atiende a mis razones".

45-47.- **EGO NON METVAM LAVDARI** (*yo no temería ser alabado*), esto es, no rehúyo las alabanzas, **SI CVM SCRIBO** (*si cuando escribo*), esto es, compongo alguna obra, **[ALI]QVID EXIT APTIVS** (*sale algo más apto*), esto es, resulta algún poema bastante hermoso y elegante; y pone entre paréntesis **QVANDO HAEC EST RARA AVIS** (*porque ésta es "rara avis"*), esto es, raramente sucede que algo pueda llegar a ser perfecto en cualquier género, del mismo modo que es rara el ave Fénix, o un cisne negro. **Juvenal** <6, 165>: *rara avis in terris nigroque simillima cigno* (*ave rara en la tierra, como un cisne negro*). Luego repite "si algo no obstante resulta más apto" **NEQVE ENIM FIBRA EST MIHI CORNEA** (*pues, en efecto, no tengo yo fibra córnea*), esto es, no tengo entrañas tan duras como para no ser tentado por el deseo de alabanza, principalmente la que, como la sombra al cuerpo, acompaña a la virtud. Se llama también *fibra* el lugar por donde la *sanies*, o sea, la sangre no purificada corre por el cuerpo, como la sangre por las venas, el aire por las arterias. Pero especialmente se llama *fibrae* a las del corazón, donde están la mayoría de conductos de este tipo.

48-49.- **SED RECUSO**, id est, nego, **EVGE TVVM ET BELLE**, adverbium sunt applaudentis alicui⁵⁵ poetae, ut infra <75> "euge poeta". Et **Martialis** <2, 27, 3>: *effecte, graviter, cito, nequiter, euge, beate*. Ergo, **EVGE TVVM ET BELLE**, id est, tuas istas laudes, **[NEGO] ESSE FINEM RECTI [ET] EXTREMVM**, id est, ultimum et summum bonum ad quod omnes tuos labores referre debeas; ac si dicat, non in eo constituere debes fructum vigiliarum tuarum, ut ab aliis lauderis, sed ut conscientia recte facti operis fruaris. **NAM EXCVTE TOTVM HOC BELLE**, id est, examina istas laudes; et est sumptum a saccis quos excutimus ut sciamus quod intus continent⁵⁶.

50.- **QVID NON INTVS HABET?**, quasi dicat, plenum est adulatione atque misera ambitione. **NON EST HIC ILIAS**, sensus est: in carminibus meis nihil tale est, quod plausus et vulgi acclamationes expectet, quod alii poetae aucupari solent. **NON EST HIC ILIAS ACCI**⁵⁷, tale quiddam quale in poemate **Accii** poetae, quod "Ilias", hoc est, de bello Troiano, inscribitur,

51-52.- **EBRIA VERATRO**, id est, plena elleboro, quo se purgabant qui subtile aliquod opus scripturi erant. Hoc se Carneades purgavit contra Stoicos disputaturus. "Et non sunt hic elegidia" **SI QVA ELEGIDIA CRVDI PROCERES DICTARVNT**⁵⁸, id est, elegiae, nam elegidion diminutivum est ex forma Graeca pro parva elegia. Et "proceres crudos" appellat, id est, qui propter nimium studium laborantes cruditate stomachi non bene cibos concoquebant.

52-53.- **[ET] NON [EST HIC] QVIDQVID SCRIBITVR IN CITREIS LECTIS**, id est, in tabellis ex materia citri arboris preciosae, in quibus soli proceres solent scribere. Ex citro autem tabellas principibus fieri solitas etiam **Homerus** scribit in Fabula Bellerophontis <Il. 6, 155>, quando ad Liciorum regem missus est. In disticho **Martialis** <14, 3, 1-2>, cuius lemma⁵⁹ est "pugillares citrei": *secta nisi in tenues essemus ligna*⁶⁰ *tabellas, / essemus Libyci nobile dentis opus*⁶¹. **CALIDVM SCIS**, sensus est: non posse fieri ut hic sciat, qua opinione sit apud alios; cum muneribus praecorruerit clientes et amicos qui verum illi dicturi erant. **SCIS PONERE**, scilicet in coena convivis, **SVMEN CALIDVM**, quod saliebatur ex porcae primiparae papillis, res in maximis deliciis apud Romanos. **Martialis** <13, 44, 1-2>, de sumine, *esse putes nondum sumen; sic ubere*

(55) alicui: alieni P.

(56) continent: continetur P.

(57) id est *addit* P.

(58) si qua elegidia... dicitur: *omittit* P.

(59) lemma: lemma M S.

(60) ligna: lingna M.

(61) opus: onus P Z.

48-49.- **SED RECUSO** (*pero rehúso*), esto es, nego, **EVGE TVVM ET BELLE** (*tu ¡bravo! y tu ¡hermoso!*), son adverbios propios del que aplaude a algún poeta, como más abajo <75> *euge poeta*. Y **Marcial** <2, 27, 3>: *effecte, graviter, cito, nequiter, euge, beate* («¡Perfectamente! ¡Con energía! ¡Con facilidad! ¡A traición! ¡Bravo! ¡Estupendamente!»). Por tanto, **EVGE TVVM ET BELLE** (*tu ¡bravo! y tu ¡hermoso!*), esto es, estas alabanzas tuyas, **[NEGO] ESSE FINEM RECTI [ET] EXTREMVM** (*niego que sean el fin y extremo de lo recto*), esto es, el último y sumo bien al que debes dirigir todos tus esfuerzos; como si dijera: no debes poner la recompensa de tus vigiliias en esto, en ser alabado por otros, sino que debes disfrutar con la conciencia de la obra hecha con rectitud. **NAM EXCVTE TOTVM HOC BELLE** (*sacude, pues, todo este ¡hermoso!*), esto es, examina estas alabanzas; y está tomado de que sacudimos los sacos para saber lo que hay dentro.

50.- **QVID NON INTVS HABET?** (*¿qué no tiene dentro?*), como si dijera: está lleno de adulación y de mísera ambición. **NON EST HIC ILIAS** (*no está aquí la "Iliada"*), el sentido es: en mis versos no hay nada que espere los aplausos y las aclamaciones del vulgo, lo cual suelen buscar otros poetas. **NON EST HIC ILIAS ACCI** (*no está aquí la "Iliada" de Accio*), esto es, algo tal cual hay en el poema del poeta Accio que lleva por título *Ilias*, esto es, sobre la guerra troyana.

51.- **EBRIA VERATRO** (*ebria de "veratrum"*), esto es, llena de élboro, con el que se purgaban quienes iban a escribir alguna obra delicada; con esto se purgó Carneades cuando se disponía a disputar contra los estoicos. "Y no están aquí las elegiillas" **SI QVA ELEGIDIA CRVDI PROCERES DICTARVNT** (*si algunas elegiillas dictaron crudos próceres*), esto es, elegias, pues *elegidion* es diminutivo, tomado del griego por "pequeña elegía". Y los llama *proceres crudi*, esto es, los que cuando están trabajando padeciendo por un esfuerzo excesivo no digerían bien los alimentos por la aspereza (*cruditas*) de su estómago.

52-53.- **[ET] NON [EST HIC] QVIDQVID SCRIBITVR IN CITREIS LECTIS** (*y no está aquí algo que se escribe en lechos cedrinos*), esto es, en tablillas de madera de cedro, árbol muy apreciado, en las que suelen escribir sólo los príncipes. Que de cedro se solían hacer las tablillas para los príncipes también lo dice **Homero** en la historia de Belerofonte <Il. 6, 155>, en el pasaje en que es enviado al rey de los Licios. En un dístico de **Marcial** <14, 3, 1-2> cuyo título es *pugillares citrei: secta nisi in tenues essemus ligna tabellas, / essemus Libyci nobile dentis opus* (*si no fuésemos leños cortados en finas tablillas, seríamos la noble carga de un colmillo de Libia*). **CALIDVM SCIS** (*sabes <poner ubre> caliente*), el sentido es: no puede conseguirse que éste sepa qué opinión merece a los demás, puesto que soborna a los clientes y amigos que le van a decir la verdad. **SCIS PONERE** (*sabes poner*), evidentemente, en la cena a los convidados, **SVMEN CALIDVM** (*una ubre caliente*), la que brotaba de las tetas de una cerda primípara, lo cual se consideraba entre los romanos manjar muy delicado. **Marcial** <13, 44, 1-2> sobre el término *sumen*: *esse putes nondum sumen; sic ubere largo/ effluit et vino*

largo/ effluit⁶² et vivo⁶³ lacte papilla tumet.

54.- **[ET] SCIS DONARE COMITEM HORRIDVLVM**, id est, frigore horrentem, **LACERNA TRITA**, id est, veste longo usu consumpta.

55.- Et postea quam id fecisti, **INQVIS 'AMO'**, blandientis est, sicut et "amabo". **Martialis** <8, 76, 1-2. 7-8>: **Dic verum mihi, Marce, dic amabo;/ nil est quod magis audiam libenter** <...> **vero verius ergo quid sit audi,/ verum, Attice⁶⁴, non libenter audis; DICITO⁶⁵ MIHI VERVM DE ME**, id est, de carminibus meis.

56.- **QVIPOTE**, id est, quomodo est possibile dici tibi verum, cum amicos praecorruperis. **VIS DICAM**, subaudi "verum" ego, qui non sum corruptus tuis muneribus. **NVGARIS**, id est, nugas agis, hoc est, nihil, nam illud est nugari, **CVM [O] CALVE**, id est, o senex, ut supra <22> "tun vetule";

57.- **AQVALICVLVS PINGVIS**, id est, venter in quem sordes confluunt, sed hic pro ventris abdomine⁶⁶ ponitur, **EXTET**, id est, promineat et protendatur tibi, **SESQVIPEDA**, id est, pede et dimidio, ut sesquimensis, sesquimodius, unde et sesquialtera proportio arithmeticis dicta, quod aliquis numerus contineat alium et eius dimidium, ut sex = quattuor et duos; **PROPENSO**, id est, propendenti, et alludit ad illud quod **Plinius** in *Historia Naturali* <11, 200>, scribit minus ingeniosos esse quibus venter est pinguis.

58.- **O IANE**, sensus est: miseri sunt homines qui sic decipiuntur ab iis, qui illos debuerant veritatis admonere, cum absentes et post tergum ab aliis irrideantur. Ianus autem foelix, qui in occipitio quoque habet oculos, neque illi possit illudi. **O IANE**, subaudi "te appello foelicem", **QVEM NVLLA CICONIA**, id est, manus formata in speciem ciconiae, **PINSIT**, id est, tundit et percutit, nam "pinsere" apud antiquissimos erat pistillo frumenta in mortariis contundere, ut ex ea farina pultes aut granes facerent, postea vero "pinsere" ad panis faciendi rationem translatum est; **A TERGO**, ab occipitio, ut solet fieri⁶⁷ iis quos illudimus, per quos intelligimus eos qui non curant quid de se absentibus dicatur,

lacte papilla tumet (puedes pensar que comes lo que todavía no es ubre de cerda; hasta tal punto la mama fluye abundantemente y se hincha con la leche viva).

54.- **[ET] SCIS DONARE COMITEM HORRIDVLVM** (y sabes dar a un compañero erizadillo), esto es, que está temblando (*horrentem*) por el frío. **LACERNA TRITA** (una capa ajada), esto es, vestido gastado por el prolongado uso.

55.- Y después que has hecho esto, **INQVIS 'AMO'** (dices 'por favor'), es propio del adulator, como también *amabo*. **Marcial** <8, 76, 1-2>: **Dic verum mihi, Marce, dic amabo;/ nil est quod magis audiam libenter** (dime la verdad, Marco, dímelo por favor; no hay nada que escuche de mejor grado); <8, 76, 7-8>: **vero verius ergo quid sit audi,/ verum, Attice, non libenter audis** (escucha, pues, lo que es más cierto que la misma verdad: no escuchas de buen grado, Galico -Ático-). **DICITO MIHI VERVM DE ME** (decídme la verdad sobre mí), esto es, sobre mis poemas.

56.- **QVIPOTE** (cómo es posible), esto es, de qué modo se te puede decir la verdad, cuando has sobornado a los amigos. **VIS DICAM** sobreentendido "verum" (*quieres que te diga la verdad*), yo, que no he sido sobornado por tus regalos, **NVGARIS** (*tonteas*), esto es, escribes tonterías, o sea, nada, pues eso es *nugari*. **CVM [O] CALVE** (*cuando, oh calvo*), esto es, oh anciano, como antes <22> *tun vetule*.

57.- **AQVALICVLVS PINGVIS** (*tu pingüe barriga*), esto es, el vientre en el que confluyen las inmundicias, pero aquí está puesto en lugar del abdomen (del vientre), **EXTET** (*sobresale*), o sea, es prominente y te cuelga, **SESQVIPEDA**, esto es, "pede et dimidio" (*pie y medio*), lo mismo que *sesquimensis*, *sesquimodius*, de donde también en aritmética se dice proporción *sesquialtera*, porque un número contiene a otro y medio, como el seis: cuatro y dos; **PROPENSO**, esto es, "propendenti" (*que cuelga*), y alude a aquello que escribe **Plinio** en la *Historia Natural* <11, 200>⁷, que son menos ingeniosos los que tienen el vientre gordo.

58.- **O IANE** (*¡Oh Jano!*), el sentido es: son desgraciados los hombres que así son engañados por los que habían debido advertirlos de la verdad, cuando ausentes y a sus espaldas otros se rien de ellos. Jano es feliz porque también tiene ojos en el occipitio y no puede ser objeto de burla. **O IANE** sobreentendido "te appello foelicem", (*¡Oh Jano! te considero feliz a ti*), **QVEM NVLLA CICONIA** (*a quien ninguna cigüeña*), esto es, mano formando la figura de la cigüeña, **PINSIT** (*pica*), esto es, picotea y da golpes, pues *pinsere* entre los antiguos era machacar el grano con la mano de almirez en el mortero, para hacer de la harina gachas o papillas, después *pinsere* tomó el sentido de "hacer pan"; **A TERGO** (*por la espalda*), por la nuca, como suele hacerse a aquéllos de los que nos burlamos, a través de ellos entendemos a los que no se preocupan de qué se dice de ellos en su ausencia.

(62) effluit: et fluit Z.

(63) vivo S H P Z: vino M R.

(64) Attice: Gallice P Z.

(65) dicito: dicite P.

(66) abdomine: abolomine M C.

(67) ut solet fieri H P: fieri alii.

(7) item minus sollertes quibus obesissimus venter.

59.- *NEC MANVS MOBILIS*, id est, a tergo quoque agitata, *IMITATA EST AVRICVLAS ALBAS*, id est, asininas quae pilos habent albos in parte interiori. Vnde **Ovidius** XI *Meta.* <176-177> de Mida cui Apollo aures asininas dedit: *villisque albensibus implet/ instabilesque illas*⁶⁸ *facit*⁶⁹ *et dat posse moveri*.

60.- *NEC TANTVM LINGVAE*, subaudi "exertae", profertur tibi a tergo, *QVANTVM CANIS APPVLA SITIT*⁷⁰, id est, quantum⁷¹ in siti canis Appula linguam exerit. Appuliam nanque "siticulosam" appellat **Horatius** <epod. 3, 16>, hoc est, inaquosam et aquis carentem.

61.- *VOS O PATRICIVS*, sed esto, inquit, alii versentur in hoc errore atque sui ignoratione. *O VOS SANGVIS PATRICIVS*, id est, vos Romani qui originem a patribus, hoc est, senatoribus trahitis, et est nominativus pro vocativo, ut **Vergilius** VI *Aen.* <835>: *sanguis meus; QVOS EST FAS VIVERE*, id est, inmortales esse,

62.- *OCCVRRITE SANNAE POSTICAE*, id est, subsannationi quae post tergum vobis sit, *OCCIPITI CAECO*, quasi dicat, cum in occipitio oculos non habeatis, providete ne post tergum, hoc est, absentibus vobis detrahatur.

63-64.- *QVIS POPVLI*, verba sunt poetae ambitiosi consulentis amicum quid populus de illo sentiat. *QVIS POPVLI SERMO EST*, scilicet de me. *QVIS ENIM*, respondet amicus adulator. *QVIS ENIM*, subaudi "esse debet sermo de te", nisi id quod est, scilicet *CARMINA [TVA] NVNC DEMVM FLVERE*, id est, facilia esse, cum ante hac omnium aliorum poetarum fuerint dura⁷². *NVNC MOLLI*, id est, versu facili et suavi; et ut ostendat carminis aequalitatem et pulchram deductionem utitur duabus translationibus, altera quae sumpta est a marmorariis, qui excidunt, quadrantque lapides ad amussim⁷³, ita ut iunctura non appareat. Ideo dicit,

64-65.- *VT IVNCTVRA*, id est, verborum coagmentatio, *EFFVNDAT*, id est, non admittat, *VNGVES SEVEROS*, id est, quantumvis rigidos et acutos, *PER LAEVE*, id est, per iuncturam in qua non est rima, aut quicquam hians, aut prominens. "Laeve" enim per diphthongon planum tersumque significat. *SCIT TENDERE VERSVM*, altera translatione utitur sumpta a fabriis lignariis, et sunt verba adulatoris iam non ad ipsum

59.- *NEC MANVS MOBILIS* (ni una mano movable), esto es, moviéndola también por la espalda, *IMITATA EST AVRICVLAS ALBAS* (ha imitado orejas blancas), es decir, las del asno, que tienen pelos blancos en su interior. De donde **Ovidio**, *Metamorfosis* XI <176-177>, hablando de Midas, a quien Apolo le dio orejas de asno: *villisque albensibus implet/ instabilesque illas facit et dat posse moveri*, (las llena de vello blancuzco y las hace trémulas en su base dándoles la facultad de moverse).

60.- *NEC TANTVM LINGVAE* sobreentendido "exertae" (ni tanto de lengua sacada), te muestra también por la espalda, *QVANTVM CANIS APPVLA SITIT** (cuanto tiene sed una perra apulia), esto es, cuanto saca la lengua una perra sedienta de Apulia. **Horacio** <epod. 3, 16> efectivamente, llama a Apulia *siticulosa*⁸, esto es, seca y carente de agua.

61.- *VOS O PATRICIVS* (vosotros, oh patricio), pero supongamos, dice, que otros se mantengan en este error e ignorancia. *O VOS SANGVIS PATRICIVS* (vosotros, oh sangre patricia), esto es, vosotros romanos, que traéis vuestro origen de los *patres*, es decir, de los senadores. Y es nominativo en vez de vocativo, como **Virgilio**, *Eneida* VI <835>, *sanguis meus* (<tú>, mi sangre); *QVOS EST FAS VIVERE* (a quienes está permitido vivir), esto es, ser inmortales;

62.- *OCCVRRITE SANNAE POSTICAE* (salid al frente de la mueca de detrás), esto es, la burla que se os hace por la espalda, *OCCIPITI CAECO* (con ciega nuca), como si dijera: como no tenéis ojos en la nuca, procurad que no se os critique a vuestras espaldas, esto es, en vuestra ausencia.

63-64.- *QVIS POPVLI* (cuál del pueblo), son palabras del poeta ambicioso que consulta a un amigo qué piensa la gente sobre él. *QVIS POPVLI SERMO EST* (cuál es el rumor del pueblo), sobre mí, por supuesto. *QVIS ENIM* (cuál pues), responde el amigo adulator. *QVIS ENIM* (cuál pues) sobreentendido: debe ser la conversación sobre ti, sino lo que es, a saber, *CARMINA [TVA] NVNC DEMVM FLVERE* (que tus poesías ahora finalmente fluyen), o sea, son de ritmo ágil, siendo pesadas en cambio las de todos los demás poetas. *NVNC MOLLI* (ahora con suave), esto es, con un verso fácil y suave; y para mostrar la uniformidad y hermosa composición del poema, usa dos metáforas: una que está tomada de los marmoristas, que tallan y cuadran las piedras perfectamente para que no se note la juntura, y por eso dice,

64-65.- *VT IVNCTVRA* (para que la juntura), esto es, la unión de palabras, *EFFVNDAT* (eche afuera), esto es, no admita, *VNGVES SEVEROS* (las uñas severas), esto es, extremadamente duras y afiladas, *PER LAEVE* (por lo liso), esto es, por la juntura en la que no hay rendija o algo abierto o saliente. Pues *laeve* con diptongo indica llano y terso. *SCIT TENDERE VERSVM* (sabe tender un verso), se sirve de otra metáfora tomada de los carpinteros, y son palabras del adulator no al propio poeta ambicioso sino

(68) illas: imas Z.

(69) facit H P: fecit alii.

(70) sitit: sitiat S H P.

(71) quantum: quantam R.

(72) dura: duriss. P.

(73) amussim R C S H P: amussimi M.

(8) HOR. epod. 3, 16: *siticulosae Apuliae*.

poetam ambitiosum, sed ad alios de illo, nam a secunda persona transivit ad tertiam. **SCIT TENDERE VERSVM**, id est, dirigere et ordinare,

66.- **NON SECVS**, id est, non aliter, **AC SI DIRIGAT RVBRICAM**, id est, lignum ad rubricae lineam, **VNO OCVLO**, id enim fabri lignarii faciunt, ut explorent an materia sit recta.

67-68.- **SIVE OPVS**, ordo est: **MVSA DAT NOSTRO POETAET⁷⁴ DICERE RES GRANDES**, scilicet in stilo et in materia, **SIVE OPVS**, subaudi "illius sit", **IN MORES, IN LVXVM**, quod utrumque ad poetam satyricum pertinet, **IN PRANDIA REGVM**, forte ad tragoediam de Atreo et Thyeste alludit, de qua infra in quinta Satyra <8-9> "si quibus aut Progne aut si quibus olla Thyestae/ fervebit".

69.- **ECCE MODO**, in eos poetas invehitur qui cum parva nesciant describere res magnas et heroicis aggrediuntur inserentes quaedam Graeca suo poemati, quemadmodum Ausonius frequenter, Martialis et Iuvenalis raro. **ECCE**, inquit, **VIDEMVS MODO**, quosdam poetas,

69-70.- **SOLITOS NVGARI GRAECE**, id est, qui Graeca quaedam verba et sententias suis carminibus inserunt, aut "Graece"⁷⁵, id est, ad morem Graecorum, **AFFERRE SENSVS HEROAS**, id est, sententias carmini heroico convenientes.

70-71.- **NEC ARTIFICES**, id est, peritos, **PONERE**, id est, ad describendum. **LVCVM**, id est, silvam aliquam sacram, nam lucum semper sequitur consecratio, etiam in sacris litteris. **Horatius** in *Poetria* <15-16.18>: **purpureus late qui splendeat unus, et alter/ assuitur pannus cum lucus et ara Dianae/ (...)/ describitur. NEC ARTIFICES LAVDARE⁷⁶ RVS SATVRVM**, id est, omnibus refertum, quae ex agro proveniunt, **VBI**, id est, in quo rure sive ruris villa, **[SVNT] CORBES**, exceptori messium et uvarum,

72.- **ET FOCVS**, locus ubi accenditur ignis, **ET PORCI**, atiles scilicet et cohortales, **ET PALILIA**, festa Palis deae pastorum⁷⁷ in quibus ut historici tradunt Roma condita est, hoc est, quemadmodum dicit **Ovidius** in *III Fastorum* <721 ss.> X

(74) poetae: peotae M.

(75) Graece R H P: Graeci M.

(76) laudare P Z: ponere M C R S H.

(77) pastorum in quibus: p. id est quibus H p. id est in q. P.

a otros en relación a él, pues ha pasado de la segunda persona a la tercera. **SCIT TENDERE VERSVM** (*sabe tender un verso*), esto es, enderezar y ordenar.

66.- **NON SECVS**, esto es, *non aliter* (*no de otro modo*). **AC SI DIRIGAT RVBRICAM** (*que si dirigiera una rúbrica*), esto es, la regla para trazar una línea roja, **VNO OCVLO** (*con un solo ojo*), esto hacen en efecto los carpinteros para comprobar si una madera está recta.

67-68.- **SIVE OPVS** (*o si <hubiera> necesidad*), el orden es: **MVSA DAT NOSTRO POETAET DICERE RES GRANDES** (*la musa concede a nuestro poeta decir cosas grandiosas*), evidentemente, en el estilo y en la materia. **SIVE OPVS** sobreentendido "illius sit" (*o si necesidad hubiera de ello*), **IN MORES, IN LVXVM** (*contra las costumbres, contra el lujo*), las dos cosas corresponden al poeta satírico, **IN PRANDIA REGVM** (*contra las comidas de los reyes*), alude quizá a la tragedia de Atreo y Tiestes, sobre la cual más adelante en la Sátira quinta <8-9> dice: *si quibus aut Progne aut si quibus olla Thyestae/ fervebit*.

69.- **ECCE MODO** (*he aquí que poco ha*), ataca a estos poetas que aun sin saber escribir lo pequeño, emprenden asuntos grandes y heroicos, insertando algunas palabras griegas en sus poemas, como hace frecuentemente Ausonio, raramente Marcial y Juvenal. **ECCE** (*he aquí que*), dice, **VIDEMVS MODO** (*vemos poco ha*), a ciertos poetas,

69-70.- **SOLITOS NVGARI GRAECE** (*los acostumbrados a tontear en griego*), esto es, que insertan algunas palabras y construcciones griegas en sus poemas; o *graece*, es decir, según la costumbre de los griegos, **AFFERRE SENSVS HEROAS** (*llevar sentimientos heroicos*), esto es, construcciones que convienen a un poema heroico.

70-71.- **NEC ARTIFICES** (*y no artifices*), esto es, expertos, **PONERE** (*en poner*), esto es, en describir, **LVCVM** (*un bosque*), esto es, algún bosque sagrado, pues la consagración va unida siempre a un *lucus*, incluso en la Sagrada Escritura. **Horacio** en el *Arte Poética* <15-16.18>: **purpureus late qui splendeat unus, et alter/ assuitur pannus cum lucus et ara Dianae/ (...)/ describitur**, (*... se les zurce uno u otro remiendo de color púrpura, que relumbra desde lejos; como cuando se describe el bosque y el ara de Diana*). **NEC ARTIFICES LAVDARE RVS SATVRVM** (*y no expertos en alabar un campo saturado*), esto es, lleno de todo lo que procede del campo, **VBI** (*dónde*), esto es, en este campo o villa rural, **[SVNT] CORBES** (*hay canastos*), para el recolector de mieses y uvas;

72.- **ET FOCVS** (*y fuego*), lugar donde se enciende el fuego, **ET PORCI** (*y cerdos*), engordados, evidentemente, y de corral. **ET PALILIA** (*y las Palilias*), fiestas de Pales, diosa de los pastores, durante las cuales, según cuentan los historiadores, fue fundada Roma, esto es, como dice **Ovidio** en el Libro IV <721 ss.> de los *Fastos*, en el

kalendas Maias; **FVMOSA FOENO**⁷⁸, quia pastores in festis deae Palis ex foeno pyras faciebant, illasque transiliebant. **Ovidius** <fast. 4, 781-782>: **moxque per ardentis stipulae crepitantis acervos/ traicias⁷⁹ celeri strenua membra pede**. Et **Tibulus** <2, 5, 89-90>: **ille laevis stipulae solemnes potus acervos/ accendit⁸⁰ flammis transilietque sacras**.

73.- **VNDE**, id est, a quo rure sive Palilibus, **REMVS**, filius Martis ex Ilia⁸¹ Silvia gemellus cum Romulo fuit, ac per hoc significat omnem nobilitatem Romanam ex pastoribus fuisse propagatam; **[ET TV O] QVINTI**, subaudi "fuisti". Hic fuit L. Quintus Cincinnatus, qui dictator Q. Minutium consullem in Algido monte obsessum⁸² a Volscis expedit, quo negotio intra XVI dies confecto ad rem rusticam rediit, **TERENS DENTALIA SVLCO**, id est, atterens vomerem arando, qui in aratro dentali aptatur, unde et "Seranus" cognominatus est, quoniam, quo tempore venit illi nuncius quod erat creatus dictator, serebat agrum. **Vergilius** VI *Aen.* <844>: **et⁸³ te sulco Serane⁸⁴ serentem**.

74.- **CVM**, id est, quo tempore, **VXOR**, ea Cerelia vocabatur; **Sidonius Appolinaris** <epist. 8, 8, 2>⁸⁵ est auctor **si te**, inquit, **tantum Cincinnati dictatoris⁸⁶ vita delectat, Cereliam ducito quae boves iungat, TREPIDA**, id est, festina, **INDVIT DICTATVRAM**, id est, insignia dictatoris, **ANTE BOVES**, quibus iunctis arabat.

75.- **ET LICTOR**, id est, viator, qui attulit⁸⁷ illi nuncium dictaturae, **TVLIT DOMVM TVA ARATRA**, id est, retulit in domum tuam, cum neque famulum neque servum haberet⁸⁸. Erant autem "lictores" qui praeferebant insignia magistratum. **EVGE POETA**, cum ironia legendum est, quasi dicat, ego nescio cur debeas poetae nomine gaudere, cum nihil tale describere scias.

76-78.- **EST NVNC BRYSAEI**, eos reprehendit qui admirantur poetas

día 10 de las Kalendas de Mayo⁹; **FVMOSA FOENO** (*humeantes por el heno*), porque los pastores en las fiestas de la diosa Pales hacían hogueras de heno y saltaban por encima de ellas. **Ovidio** <fast. 4, 781-782>: **moxque per ardentis stipulae crepitantis acervos/ traicias celeri sternum membra pede**, (y luego procede que atraveses con tu cuerpo y con tu pie ligero los montones ardiendo de leña crepitante). Y **Tibulo** <2, 5, 89-90>: **ille laevis stipulae solemnes potus acervos/ accendit flammis transilietque sacras** (*Él, bebido, las anuales pilas de ligera paja prende y saltará a través de las sagradas hogueras*)¹⁰.

73.- **VNDE** (*de donde*), esto es, del campo o de las Palilias, **REMVS** (*Remo*), fue junto con Rómulo hijo gemelo de Marte y de Ilia Silvia, y a través de esto indica que toda la nobleza romana descende de pastores. **[ET TV O] QVINTI** sobreentendido "fuisti" (y tú, *Quintio*, fuiste <descendiente de ellos>). Éste fue L. Quintio Cincinato, el cual, siendo dictator, libró al cónsul Q. Minucio, cercado por los Volscos en el monte Algido, y cumplida su misión a los dieciséis días, volvió a la agricultura; **TERENS DENTALIA SVLCO** (*rozando el dental en el surco*), esto es, gastando la reja al arar, la cual se adapta al dental en el arado, de donde se le llamó también *Seranus* (sembrador), porque estaba sembrando el campo en el momento en que le llegó la noticia de que había sido nombrado dictator. **Virgilio**, *Eneida* VI <844>: **et te sulco Serane serentem** (y a ti, *Serrano*, que depositas la semilla en tus surcos).

74.- **CVM** (*cuando*), esto es, en el momento en que, **VXOR** (*tu esposa*), ésta se llamaba Cerelia. La fuente es **Sidonio Apolinar** <epist. 8, 8, 2>¹¹; dice: **si te tantum Cincinnati dictatoris vita delectat, Cereliam ducito quae boves iungat** (*si tanto te agrada la vida del dictator Cincinato, llévate a Cerelia que unza los bueyes*); **TREPIDA** (*temblorosa*), esto es, apresurada, **INDVIT DICTATVRAM** (*te invistió la "dictadura"*), esto es, la insignia de dictator, **ANTE BOVES** (*delante de los bueyes*), con los que, uncidos, araba.

75.- **ET LICTOR** (*y el lictor*), esto es, el mensajero que le llevó la noticia de la dictadura, **TVLIT DOMVM TVA ARATRA** (*llevó a casa tus arados*), esto es, <los> volvió a llevar hasta tu casa, al no tener esclavo ni siervos. Eran, sin embargo, los lictores quienes ostentaban las insignias de los magistrados. **EVGE POETA** (*¡bravo!, poeta*), debe leerse con ironía, como si dijera: no sé por qué debes alegrarte con el nombre de poeta, no sabiendo describir nada semejante.

76-78.- **EST NVNC BRYSAEI** (*hay ahora del báquico*), reprende a los que

(78) foeno: feono M.

(79) traicias: traiciias M.

(80) accendit: accendet H P Z.

(81) Ilia C S H P: illa M R.

(82) obsessum: obscessum R.

(83) et: vel Z.

(84) Serane: Serrane P Z.

(85) Cerelia: Racilia Z.

(86) dictatoris: dictatori R.

(87) attulit: retulit H.

(88) haberet: haberes P.

(9) El 23 de abril. En Ovidio aparece como XI Kal Mai.

(10) TA.

(11) En las ediciones modernas, que ofrecen un texto muy diverso, se acepta la lectura *Raciliam*; y el mismo nombre aparece en la otra fuente que se aduce para el nombre de la esposa de Cincinato (LIV. 3, 26, 9). Para el texto de Sidonio Apolinar las únicas variantes del nombre son las siguientes variantes: *Aciliam, Erciliam, Herciliam*.

antiquissimos eosdemque imitantur, cum recentiores contemnunt. **EST NVNC**, subaudi "aliquis", **QVEM LIBER VENOSVS**, id est, turgidus et inflatus, quod in carmine viciosum est, **ACCI**, pro Accii, poetae antiquissimi et qui iam inter obsoletos computatur, et pete ab inferioribus, **MORETVR**, id est, detineat, id est, sunt qui illum admirentur, nam ea quae miramur detinent nos. **BRYSAEI**, a Baccho qui dicitur "Brysaeus" cognominati; poetae autem in tutela Bacchi et Appollinis sunt. **SVNT**, etiam subaudi "alii", **QVOS PACVVIVS**, poeta etiam antiquissimus scriptor tragoediarum ex Brundisio Italiae urbe, **ET ANTIOPA VERRVCOSA**, id est, tragoedia Pacuvii, quae⁸⁹ inscribitur *Antiopa*, citaturque a **Cicerone** in primo *de Finibus* <1, 4> et a **Prisciano** et **Marcello** <NON. 170, 12> compluribus in locis; quam "verrucosam" appellavit, id est, asperam et inaequalem, quod ad poematis vituperationem spectat, sicut econtrarie molle atque deductum carmen, ad laudem. Fuit autem *Antiopa*, Nicti regis Lesbiorum filia, ex qua cum Iuppiter Zethum et Amphionem procreasset, a Lyco eius coniuge, atque Thebanorum rege repudiata est, atque in illius locum Dirce superinducta⁹⁰, quae cum diu *Antiopam* in suspicionem pellicatus vexasset, tandem a gemellis, quos ex Iove *Antiopa* pepererat, in ultionem matris, equis indomitis alligata, atque distracta est. **FVLTA COR LVCTIFICABILE**, id est, habens cor luctuosum, fultum et substentatum, **AERVMNIS**, id est, laboribus, quos sub pellice passa est. Hic versus aut est **Pacuvii** <trag. 352> aut ex illius verbis formatus a Persio vero nunc interpositus, ut ostendat Pacuvii duriciam vastitatemque in carmine.

79-80.- **HOS PVERIS**, sensus est: cum filii patres audiant, poetarum veterum carmina laudantes, et ipsi quoque talia admirantur⁹¹, talesque evadere laborant⁹². **CVM VIDEAS PATRES LIPPOS**, id est, in iudicando de auctoribus caecos, **INFVNDERE HOS MONITVS**, id est, instillare talia praecepta, **PVERIS**, id est, filiis suis. **QVAERISNE?**, quasi dicat, non est necesse quaerere, cum ratio sit impromptu. **HAEC SARTAGO LOQVENDI**, id est, hic linguae stridor, qualis ex sartagine cum aliquid frigitur sonat,

81-82.- **VENERIT IN LINGVAS**, id est, in sermonem filiorum, **[ET] ISTVD DEDECVS**, id est, ignominiosum et turpe dicendi genus, **IN QVO TROSSVLVS**, id est,

(89) quae: qui R.

(90) superinducta: superducta P.

(91) admirantur: admitantur R admirentur H P.

(92) laborant: laborent P.

admiran a los poetas muy antiguos y los imitan, despreciando a los modernos. **EST NVNC** sobreentendido "aliquis" (*Hay ahora alguno*), **QVEM LIBER VENOSVS** (*a quien el libro venoso*), esto es, hinchado y pomposo, lo cual en poesía es vicioso; **ACCI** <con una *i*> en vez de "Accii" <con dos *ies*> (*de Accio*), poeta antiquísimo y que era contado entre los pasados de moda; y hay que continuar desde lo siguiente, **MORETVR** (*puede detener*), esto es, entretiene; o sea, hay quienes lo admiran, pues lo que admiramos nos hace detenernos. **BRYSAEI** (*del báquico*), denominados a partir de Baco, que se llama *Brysaeus*; efectivamente los poetas están bajo la tutela de Baco y Apolo. **SVNT**, también sobreentendido "alii" (*hay otros*), **QVOS PACVVIVS** (*a quienes Pacuvio*), poeta también antiquísimo, escritor de tragedias, natural de Brindisi, ciudad de Italia; **ET ANTIOPA VERRVCOSA** (*y su "Antiopa" verrucosa*), es decir, tragedia de Pacuvio que se llama *Antiopa* y es citada por **Cicerón** en el libro primero de *Sobre los fines de las cosas buenas y malas* <1, 4>¹² y por **Prisciano** y **Marcelo** <NON. 170, 12>¹³ en varios lugares; a la cual llama *verrucosa*, esto es, áspera y desigual, lo cual está encaminado a la crítica del poema, como por el contrario, composición agradable y sencilla, al elogio. Existió, en efecto, una *Antiopa*, hija de Nictio, rey de los lesbios que al haber engendrado Júpiter en ella a Zeto y Anfión, fue repudiada por Lico, esposo suyo y rey de los tebanos, y en su lugar puso a Dirce, que durante mucho tiempo había vejado a *Antiopa* sospechando que cometía adulterio; a ella (*Dirce*) finalmente los gemelos que *Antiopa* había tenido de Júpiter la ataron a unos caballos indómitos para vengar a su madre y fue descuartizada. **FVLTA COR LVCTIFICABILE** (*apoyada en un corazón enlutado*), esto es, que tiene el corazón luctuoso, afianzado y firme, **AERVMNIS** (*por las tribulaciones*), es decir, las fatigas que soportó como supuesta concubina. Este verso o es de Pacuvio <trag. 352> o formado con las palabras de aquél, y ahora intercalado por Persio para mostrar la dureza y desmesura de Pacuvio en su poesía.

79-80.- **HOS PVERIS** (*éstos <consejos> a sus niños*), el sentido es: cuando los hijos oigan a sus padres elogiando los poemas de poetas antiguos, y ellos mismos admiren tales composiciones y se esfuercen por alcanzarlos. **CVM VIDEAS PATRES LIPPOS** (*cuando veas a los padres legañosos*), es decir, ciegos al juzgar a los autores, **INFVNDERE HOS MONITVS** (*infundir estos consejos*), esto es, imbuirles tales preceptos, **PVERIS** (*a sus niños*), esto es, a sus hijos, **QVAERISNE?** (*¿buscas acaso?*), como si dijera: no es necesario buscar, puesto que la razón es evidente. **HAEC SARTAGO LOQVENDI** (*esta sartén de hablar*), esto es, el ruido de la lengua, cual se oye el de una sartén cuando se fríe algo,

81-82.- **VENERIT IN LINGVAS** (*ha venido a sus lenguas*), esto es, al habla de los hijos, **[ET] ISTVD DEDECVS** (*y ese desdoro*), esto es, manera ignominiosa y torpe de hablar, **IN QVO TROSSVLVS** (*en que un trósulo*), o sea, caballero romano; esto es,

(12) Scivoletto (1973: 21): «la *Antiopa* de Pacuvio (de fin. I 2, 4) essa derivava da Euripide e trattava della leggenda di Antiope, la madre di Anfione e Zeto, che sfugge ai maltrattamenti di Dirce».

(13) "*Saeptuose*", *obscure. Pacuvius Antiopa*.

eques Romanus, hoc est, ordo equestris, nam equites aliquando sunt "Trossuli" appellati a Trossulo Thusciae oppido expugnato; auctor est **Plinius** li. XXXIII *Naturalis Histo* <nat. 33, 35-36>; **LAEVIS**, glaber et depilatus, significat autem illos esse viros molles et effoeminatos, quibus talia placent, **EXVLTAT TIBI**, id est, applaudit et favet tibi clamoribus, **PER SVBSELLIA**, in quibus auditores sedent, poeta recitante. **Juvenalis** <7, 86>: *sed cum fregit subsellia versu*.

83-84.- **NILNE PVDET**, sensus est: cum sis senex, non pudet te esse incautum et imprudentem, ut nescias quid sequi aut vitare debeas? **NILNE PVDET?**, quasi dicat, pudendum est, in sene praesertim, nam in puero veniam meretur hic error, **NON POSSE PELLERE PERICVLA**, id est, rem in qua de famae periculo agitur, **CAPITI CANO**, id est, a capite senili. **QVIN OPTES**, id est, quod non optes, **AVDIRE HOC DECENTER**, id est, has adulatorum et applaudentium tibi voces; sunt autem applaudendi adverbia "decenter", "euge", "belle" et apud **Martialem** "sophos". **TEPIDVM⁹³ DECENTER**, id est, laudes frigidas, quippe quae non respondent⁹⁴ meritis tuis veraeque virtuti.

85.- **FVR ES, AIT PEDIO**, supra in poetas, nunc in eos invehitur, qui in causis iudicialibus omissis probationibus et argumentis, in quibus tota victoriae causa consistit, conferunt se ad exornationes atque figuras et quos appellant colores rhetoricos. **AIT**, subaudi "accusator". **PEDIO**, quem furti accusat, nam constat Pedium quendam sub Nerone a Cyrenensibus furti vel potius sacrilegii accusatum. **PEDIVS QVID**, subaudi "respondet ad hanc accusationem". **CRIMINA RASIS**, verba sunt adulantis Pedio, aut illum apud caeteros laudantis.

85-86.- **LIBRAT CRIMINA**, id est, Pedius crimina obiecta rependit et confutat, **IN ANTITHETIS RASIS**, id est, figuris et exornationibus puris, nam antitheton, quod interpretatur contrapositum, figura est, qua contraria inter se opponuntur, ut dies nocti, lux tenebris. "Pedius", inquam, **DOCTVS⁹⁵ POSVISSE FIGVRAS**, cum potius argumentis se debuerit defendere.

87.- **LAVDATVR**, scilicet is qui se ita defendit. **BELLVM HOC**, subaudi "est", et pulchre dictum. **BELLVM HOC⁹⁶?**, cum indignatione proferendum est, nam irascitur incandescitque Persius in eum qui tam impudenter assentitur⁹⁷, itaque illius verba iratus repetit. **AN ROMVLE CEVES?**, id est, o Romane, nam primitivum pro derivato posuit. **CEVES**, id est, adularis. Est autem proprie "cevere" in viris quod

ordo equestris, pues los caballeros romanos algunas veces son llamados *trossuli*, de Trosulo, ciudad de Etruria conquistada, según cuenta **Plinio** en el libro XXXIII de la *Historia Natural* <33, 35-36>; **LAEVIS** (*liso*), pelado y rasurado, quiere decir que son hombres delicados y afeminados aquellos a los que agradan estas cosas, **EXVLTAT TIBI** (*te exulta*), esto es, te aplaude y apoya a gritos, **PER SVBSELLIA** (*por los escaños*), en las cuales se sientan los oyentes cuando recita un poeta. **Juvenal** <7, 86>: *sed cum fregit subsellia versu* (*pero cuando el teatro se venía abajo con los aplausos que le tributaban*).

83-84.- **NILNE PVDET** (*acaso no te avergüenza*), el sentido es: ¿no te avergüenza, siendo anciano, ser incauto e imprudente para ignorar qué debes hacer o evitar? **NILNE PVDET?** (*¿acaso no te avergüenza?*), como si dijera: es vergonzoso especialmente en un viejo, pues este error en un niño tiene disculpa, **NON POSSE PELLERE PERICVLA** (*no poder repeler los peligros*), esto es, un asunto en el que se trata del peligro de la fama, **CAPITI CANO** (*de tu cabeza cana*), esto es, de tu cabeza senil, **QVIN OPTES** esto es, *quod non optes* (*que no desees*), **AVDIRE HOC DECENTER** (*oír este hermoso!*), esto es, estas voces de los adultores y de los que te aplauden; pues son adverbios propios del aplaudir *decenter*, *euge*, *belle*, y, en Marcial, *sophos*; **TEPIDVM DECENTER** (*tibio hermoso!*), esto es, alabanzas frías, que ciertamente no responden a tus méritos y a tu verdadera virtud.

85.- **FVR ES, AIT PEDIO** (*eres un ladrón, dice a Pedio*), antes ha atacado a los poetas, ahora ataca a los que en las causas judiciales, haciendo caso omiso de las pruebas y los argumentos en los que se basa el éxito de un proceso, se dedican a los adornos y figuras y a lo que llaman colores retóricos. **AIT** sobreentendido "accusator" (*dice el acusador*), **PEDIO** (*a Pedio*), al que acusa de hurto; efectivamente, hay constancia de que un tal Pedio en tiempos de Nerón fue acusado por los cirenenses de hurto o, mejor, de sacrilegio. **PEDIVS QVID** sobreentendido "respondet ad hanc accusationem" (qué responde *Pedio* a esta acusación); **CRIMINA RASIS** (*sus acusaciones con <antítesis> raídas*), son palabras del que adula a Pedio, o del que lo alaba entre los demás.

85-86.- **LIBRAT CRIMINA** (*equilibra sus acusaciones*), esto es, Pedio sopesa y rechaza las acusaciones presentadas, **IN ANTITHETIS RASIS** (*en antítesis raídas*), esto es, con meras figuras y adornos, pues *antitheton* se traduce como *contrapostum*, es una figura por la que se oponen entre sí cosas contrarias, como el día a la noche, la luz a la tinieblas. "Pedio" -digo- **DOCTVS POSVISSE FIGVRAS** (*docto al haber puesto figuras*), cuando más bien debería defenderse con argumentos,

87.- **LAVDATVR** (*es alabado*), evidentemente, el que así se defiende. **BELLVM HOC** sobreentiéndase "est" (*es hermoso esto*), y está dicho hermosamente; **BELLVM HOC?** (*¿hermoso esto?*), se debe pronunciar con indignación, pues Persio se irrita e indigna contra aquél que tan descaradamente ha sido adulado; por eso repite airado sus palabras. **AN ROMVLE CEVES?** (*¿acaso te contoneas, Rómulo?*), o sea, oh romano, pues puso la palabra primitiva por la derivada, **CEVES** (*te contoneas*), esto es,

(93) tepidum: lepidum H.

(94) respondent S H P: respondet M C.

(95) doctus: doctas P.

(96) bellum hoc: hoc bellum P Z.

(97) assentirur: assentatur R S C.

"crissare" in foeminis, hoc est, cum coeunt nates motitare; sed quia canes cum adulantur, clunes movent et caudam, accepit "cevere" pro "adulari".

88.- **MEN MOVEAT**, laudabat adulator ambitiosa oratoris ornamenta, nunc dicit se non magis moveri ad misericordiam posse huiusmodi oratione, quam si naufragus multis et compositis verbis emendicaret stypem, **SI NAVFRAGVS CANTET ASSEM**, id est, cantando mendicet, hoc est, praemeditatis⁹⁸ precibus misericordiam quaerens, **MEN MOVEAT**, pro "me ne flectet ad misericordiam?".

89-90.- **ET PROTULERIM [ILLI] (ASSEM)?**, quasi dicat, neque me movebit, neque illi assem dabo, quia qui huiusmodi oratione utitur non dolet, et quemadmodum in *Poetria Horatius* <102-103> scribit: **si vis me flere dolendum est/ primum ipsi tibi**⁹⁹. **[ET] CVM PORTAS TE PICTVM IN TRABE FRACTA**, id est, in tabula in qua naufragium evasisti, **EX HVMERO**, id est, in tabella picta ex humero pendente, **CANTAS**, id est, perinde est ac si cantares, quia nihilo plus ad misericordiam moveret¹⁰⁰.

90-91.- **VERVM**, pro sed, **QVI VOLET INCVRVASSE ME QVERELA**, id est, inclinare me ad commiserationem sua infoelicitate, **[NON] PLORABIT**, id est, plorando narrabit, **PARATVM NOCTE**, id est, praemeditatum nocte hesternae, hoc et in arte rhetorica praecipitur, ne oratio videatur elaborata, sed si quid tale fit, lateat artificium.

92.- **SED NVMERIS**, diceret quispiam in excusationem poetarum, quos paulo ante Persius de duricia reprehendebat: non nihil est, o Persi, quod de poetis dicebas, sed in hoc sunt laudandi, quod **IVNCTVRA [EST] ABDITA**, id est, abscondita, et quae oculis perspicere non possit; et perstat in translatione illius quod supra <64-65> dixit, "ut per laeve severos / effundat iunctura unguis". **NVMERIS CRVDIS**, id est, verbis sive pedibus quos ego fateor esse crudos. Ad quod respondet Persius, dicens immo,

93-94.- **DIDICIT CLAUDERE VERSVM SIC**, et subdit carmina alicuius poetae sui temporis; est autem "claudere versum" qualibuscumque verbis adhibita tantum syllabarum quantitate versum componere. **Horatius** I *Sermonum* <4, 40-41>: **neque enim concludere versum/ dixeris esse satis. BERECYNTIVS ATYS**, clausula est, ut diximus, alicuius inepti poetae. Fuit autem Atys puer quem Cybele deorum mater in deliciis habuit, quem cum deprehendisset in Sangaritide Nympha furore immisso sibi ipsi

adulas; pues *cevere* propiamente es entre los varones lo mismo que *crissare* entre las mujeres; esto es, mover el culo cuando se aparean; pero puesto que los perros mueven las nalgas y el rabo cuando se les acaricia, ha tomado *cevere* en el sentido de *adulari*.

88.- **MEN MOVEAT** (*acaso me conmovería*), el adulator alababa las ambiciosas artes del orador; ahora dice que a él un discurso de este tipo le puede mover menos a misericordia que si un naufrago pidiese limosna con palabras abundantes y rebuscadas. **SI NAVFRAGVS CANTET ASSEM** (*si un naufrago cantara un as*), es decir, mendigara cantando, esto es, buscando compasión mediante súplicas premeditadas, **MEN MOVEAT** por "me ne flectet ad misericordiam?" (*¿es que me moverá a compasión?*),

89-90.- **ET PROTULERIM [ILLI] (ASSEM)?** (*y le ofrecería un as*), como si dijera: no me conmoverá, ni le daré un as, porque el que hace uso de un discurso de este tipo no está sufriendo, y como escribe **Horacio** en su *Arte poética* <102-103>: **si vis me flere dolendum est/ primum ipsi tibi** (*si quieres que yo lllore, debes primero llorar tú*). **[ET] CVM PORTAS TE PICTVM IN TRABE FRACTA** (*y cuando te llevas a ti pintado en el madero roto*), esto es, en la tabla en la que te salvaste del naufragio, **EX HVMERO** (*del hombro*), esto es, en una tabla pintada que cuelga de tu hombro, **CANTAS** (*cantas*), es decir, es lo mismo que si cantaras, porque no me moverá en absoluto a compasión.

90-91.- **VERVM** en vez de *sed* (*pero*), **QVI VOLET INCVRVASSE ME QVERELA** (*quien quiera que yo me doblegue por una queja*), esto es, que me incline a commiseración por su desgracia. **[NON] PLORABIT** (*no llorará*), esto es, (no) contará llorando, **PARATVM NOCTE** (*lo preparado por la noche*), esto es, lo premeditado la noche anterior; también es éste un precepto del *Arte Retórica* para que el discurso no parezca elaborado; pero, si se hiciera algo semejante, que se mantenga oculto el artificio.

92.- **SED NVMERIS** (*pero en los versos*), alguno podría decir en defensa de los poetas a los que poco antes Persio reprendía por su dureza: es verdad, Persio, lo que decías sobre los poetas, pero hay que alabarlos por esto: porque **IVNCTVRA [EST] ABDITA** (*la juntura está escondida*), esto es, oculta y no se puede ver con los ojos, y persiste en la metáfora de lo que dijo antes <64-65>, *ut per laeve severos/ effundat unctura unguis*; **NVMERIS CRVDIS** (*en versos no elaborados*), esto es, palabras o versos que yo mismo reconozco que son ásperos. A lo cual responde Persio diciendo: efectivamente,

93-94.- **DIDICIT CLAUDERE VERSVM SIC** (*aprendió a concluir un verso así*); y añade versos de un poeta de su tiempo; pues *claudere versum* es componer un verso con cualquier palabra, teniendo en cuenta solamente la cantidad de las sílabas. **Horacio**, *Sátiras* I <4, 40-41>: **neque enim concludere versum/ dixeris esse satis** (*no basta concluir bien un verso, ni puede pensarse que es suficiente*). **BERECYNTIVS ATYS** (*Atis Berecintio*), es una clausula, como hemos dicho, de algún poeta inepto. Atis fue un muchacho al que amó Cibeles, madre de los dioses; habiendo seducido a éste una ninfa

(98) praemeditatis S H P: praemeditatio M C.

(99) primum ipsi tibi S C H P Z: omittit M.

(100) moveret: moverer S C H P.

genitalia secuit, unde est deum matris sacerdotum origo. "Berecynthius" autem a Berecyntho monte et urbe Phrygiae ubi peculiariter Cibele colebatur¹⁰¹, Atys dictus est. **ET QVI CAERVLEVM**, hoc quoque carmen alicuius poetae reprehendit. Loquitur autem fortasse de delphino qui Arionem Metymneum servavit, aut de delphino qui nuptias Neptuni et Amphitrites¹⁰² conciliavit, ex secundo libro <79-118> *Fastorum Ovidii*. **DIRIMEBAT**, id est, natans sulcabat, **NEREA CAERVLEVM**, id est, mare cuius est color caeruleus.

95.- **SIC COSTAM**, et hoc alterius sive eiusdem poetae carmen est, in quo dicebatur quo pacto ex Apoenino abscisa est pars quae in Siciliam insulam recessit, quod omnes poetae, historici, cosmographi praedicant. **SVBDVXIMVS COSTAM**, id est, poetae nostri dicunt subductam fuisse costam, hoc est, latus, **APOENINO LONGO**, id est, qui ab Alpibus ad Rhegium Brutiorum urbem per mediam Italiam, quasi dorsum quoddam, porrigitur, quod tractus spacium continet ad quingenta milia passuum. **SIC**, autem dixit, id est, pari ineptia.

96-97.- **ARMA VIRVM**, satis licenter Persius in Vergilii carmen invehitur, ut inflatum nimis et a quo multum possit detrahi; nec mirum si nec Vergilio quidem parcat, cum satyrici proprium sit, ut dum risum excutiat, non hic cuiquam parcat amico. **NONNE HOC SPVMOSVM**, id est, inflatum et inane quasi spuma, **[ET] VT RAMALE VETVS**, sunt autem "ramalia" rami inutiles ex arbore decisi. **Ovidius VIII Metha**. <644-645>: *multifidasque faces ramaliaque arida tecto/detulit; CORTICE PINGVI*, id est, crassi corticis, **COCTVM**, id est, retorridum et antiquum, unde "recocti" dicuntur qui nimio usu obcalluerunt; **[IN]¹⁰³ SVBERE PRAEGRANDI**, arbore crassissimae corticis quae a Graecis "halipheus"¹⁰⁴ dicitur. **Theodorus¹⁰⁵ Gaza** salsi corticem interpretatur; habet enim corticem quasi nitri aut salsuginis exiccatae. Sunt qui legant pro praegrandi vegrandi auctoritate **Porphyriionis** citantis hunc versum in pri. li. *Sermonum Horatii* <2, 129>, sed quod exponunt vegrandi pro non grandi, non placet, nam et si **Plinius** <nat. 16, 34> hanc arborem minimam esse dicit, hoc dicit comparatione ad alias glandíferas; sed in suo genere intelligit Persius valde grandem; ac si dicat, antiquam, nam "vae"¹⁰⁶ particula modo auget modo minuit. Quid quod et suber aliarum¹⁰⁷ glandiferarum aut superat aut exaequat, etiam **Plinii** <nat. 16, 34> auctoritate suberis inquit **cortex tantum**

del río Sangario¹⁴, él, preso de locura, se cortó los genitales; de ahí procede el origen de los sacerdotes (castrados) de la madre de los dioses. Atis es llamado "Berecintio" por el monte Berecinto y por la ciudad de Frigia, donde era especialmente venerada Cibele. **ET QVI CAERVLEVM** (y *el que el cerúleo*), también ataca este verso de algún otro poeta. Habla quizás del delfín que salvó a Arión de Metimnia, o del delfín que procuró el matrimonio de Neptuno y Anfítrite, según el libro II de los *Fastos* <79-118>¹⁵ de **Ovidio**. **DIRIMEBAT** (*separaba*), esto es, surcaba nadando. **NEREA CAERVLEVM** (*el cerúleo Nereo*), esto es, el mar, cuyo color es cerúleo.

95.- **SIC COSTAM** (*así una costilla*), este es un fragmento de otro poeta o del mismo, en el cual se describía de qué manera fue separada de los Apeninos la parte que se convirtió en la isla de Sicilia, lo cual refieren todos los poetas, historiadores y cosmógrafos. **SVBDVXIMVS COSTAM** (*sustrajimos una costilla*), o sea, nuestros poetas dicen que fue quitada una costilla, esto es, un lado, **APOENINO LONGO** (*al Apenino largo*), esto es, que se extiende por el centro de Italia, casi como un dorso, desde los Alpes a Regio, ciudad de los Brucios; esta zona tiene una extensión de cincuenta mil pasos. Y ha dicho **SIC** (*así*), esto es, con semejante estupidez.

96-97.- **ARMA VIRVM** (*las armas, el varón*), Persio ataca, bastante licenciosamente, el poema de Virgilio considerándolo excesivamente hinchado y que le sobra mucho; y no es sorprendente si ni siquiera se abstiene de criticar a Virgilio, dado que es propio del satírico, con tal de provocar la risa, no abstenerse de criticar a amigo alguno. **NONNE HOC SPVMOSVM** (*acaso no <es> esto espumoso*), esto es, hinchado y vacío como la espuma, **[ET] VT RAMALE VETVS** (*y como un ramón viejo*); los *ramalia* son las ramas inservibles que se cortan de los árboles. **Ovidio, Metamorfosis VIII** <644-645>: *multifidasque faces ramaliaque arida tecto/detulit* (*y bajando del tejado teas muy astilladas y ramitas secas*); **CORTICE PINGVI** (*con corteza pingüe*), esto es, de corteza crasa; **COCTVM** (*cocido*), esto es, reseco y viejo; de donde se llaman *recocti* a los que se han encallecido por excesivo uso; **[IN] SVBERE PRAEGRANDI** (*en un gran alcornoque*), árbol de corteza muy gruesa que los griegos llaman *halipheus*; **Teodoro Gaza** traduce *salsi cortex*, pues tiene una corteza casi como de nitro o de sal marina tras evaporarse el agua. Hay quienes leen, en vez de *praegrandi, vegrandi*, basándose en la autoridad de Porfirio que cita este verso en el comentario al primer libro de las *Sátiras* de **Horacio** <2, 129>; pero no me complace que expliquen *vegrandis* como "no grande", pues si **Plinio** <nat. 16, 34> dice que este árbol es muy pequeño, lo dice en comparación con otras glandíferas; pero Persio en su especie lo considera "muy grande", como si dijera: "viejo"; pues la partícula *vae-* unas veces aumenta, otras disminuye. Y, también

(101) colebatur: celebrabatur H P.

(102) Amphitrites: Amphitrictes M.

(103) in: *omittit* P.

(104) halipheus: ἁλίφλοιος P.

(105) Theodorus: -oros R.

(106) vae: ve R S C H P.

(107) suber aliarum grandiferarum: super alias glandíferas S . aliarum: corticem aliarum P (creo) alias glandíferas.

(14) Llamado así por la ninfa Sagaritis.

(15) Dice *seu fuit occultis felix in amoribus index/ seu Lesbida cum domino seu tulit ille lyram*. El delfín mensajero (entre Posidón, dios del mar, y Anfítrite, diosa marina) afortunado de amores ocultos, o fue el que transportó la lira lesbia y a su amo (Arion, el cantor lesbio). Es decir, los dos *aitia* presentes en los *Fastos* para el Delfín se corresponden con las dos explicaciones que Nebrija da para este término.

*in fructu praecrassus ac renascens atque etiam in denos pedes undique explanatus*¹⁰⁸.

98.- **QVIDNAM IGITVR**, sensus est: nulla ratio est cum carmina ipsa cruda sint et dura, qualia sunt quae sequuntur quattuor, cur debeant molliter et delicate pronunciari. **QVIDNAM IGITVR**, id est, cur nam, **LEGENDVM EST**, id est, legere oportet carmina quae sequuntur, **TENERVM**, pro tenere et delicate, **ET CERVICE LAXA**, id est, flexa ad vocem extenuandam.

99.- **TORVA MIMALLONEIS**, cuiuscumque poetae¹⁰⁹ sunt hi versus, duri profecto et turgidi sunt; describuntur autem in illis sacra Bacchi, **IMPLERVNT**, subaudi "Bacchi comites et sacerdotissae", **CORNVA TORVA**, id est, terribilia, sive sint cornua in buccinas formata, sive tubae flexi aeris, ut dicit **Ovidius** <met. 1, 98: fast. 3, 742. 849-850>, quorum erat usus in sacris Bacchi. **Iuvenalis** <6, 315. 317>: *et cornu pariter vinoque feruntur/ (...)/ Menades*. **BOMBIS**, sonis, nomine tracto ex sono tubarum, **MIMALLONEIS**, id est, baccharum, quae Mimalloneae dicuntur, ab imitando. **Ovidius de Arte** <1, 541>: *ecce Mimallonides sparsis per*¹¹⁰ *terga capillis*.

100-101.- **ET BASSARIS**, Baccha, id est¹¹¹, Bacchi sacerdos dicta ab¹¹² Bassareo, quod est unum ex Bacchi nominibus, **ABLATVRA CAPVT SECTVM**, pro secandum et amputandum, **VITVLO SVPERBO**, videtur tangere fabulam de Agave, quae per furorem in sacris Bacchi filio Pentheo caput avulsit, putans esse vitulum, aut sicut **Ovidius III Meta**. <727-728> scribit: *aprum* <sc.> *avulsum*, inquit, *caput digitis complexa cruentis/ clamat io comites*. "Superbum" autem appellavit, quia Pentheus Bacchi sacra contempsit. **ET MENAS**, sacerdos item Bacchi, **FLEXVRA LYNCEM**, id est, currum Bacchi, quem lynces tigresque trahunt, quae animalia in Bacchi tutela sunt, **CORYMBIS**, id est, haederis, quibus pro loris utitur; nam corymbi sunt hederarum racemi.

con la autoridad de **Plinio** <nat. 16, 34>, el alcornoque supera o iguala (la corteza) de otras glandíferas: del alcornoque dice, *cortex tantum in fructu praecrassus ac renascens atque etiam in denos pedes undique explanatus* (sólo hay fruto en su corteza, muy gruesa y que renace e incluso se extiende por algunos sitios hasta diez pies).

98.- **QVIDNAM IGITVR** (qué pues), el sentido es: no hay ningún motivo por el que deban pronunciarse blanda y suavemente, siendo los versos propiamente ásperos y duros, como son los cuatro que siguen. **QVIDNAM IGITVR**, esto es, *cur nam* (por qué, pues), **LEGENDVM EST** (hay que leer), es decir, es conveniente leer los versos que siguen, **TENERVM** <adjetivo> en vez de *tenere* <adverbio> y *delicate* (tierna y delicadamente), **ET CERVICE LAXA** (y con la cerviz no rígida), esto es, inclinada, para suavizar la voz.

99.- **TORVA MIMALLONEIS** (torvos <cuernos> con mimaloneos <sonidos>), de quienquiera que sean estos versos, son ciertamente duros e hinchados; y se describen en ellos las fiestas en honor de Baco; **IMPLERVNT** sobreentendido "Bacchi comites et sacerdotissae", (el séquito y las sacerdotisas de Baco llenaron), **CORNVA TORVA** (cuernos torvos), esto es, terribles; ya sean cuernos conformados para bocina, o bien trompetas hechas con bronce moldeado; según dice **Ovidio** <met. 1, 98; fast. 3, 742. 849-850>, se usaban en los sacrificios en honor a Baco. **Juvenal** <6, 315. 317>: *et cornu pariter vinoque feruntur/ (...)/ Menades* (las ménades se dejan llevar a un tiempo por el cornetín y el vino). **BOMBIS** (trompetazos), sonidos, derivado su nombre del sonido de las trompetas, **MIMALLONEIS** (mimaloneos), esto es, de las bacantes, que se llaman *Mimallonae* a partir del verbo "imitar"¹¹⁶. **Ovidio, Arte de amar** <1, 541>: *ecce Mimallonides sparsis per terga capillis* (Hete aquí las Mimalónides con los cabellos derramados por las espaldas).

100-101.- **ET BASSARIS** (y una Basáride), bacante, esto es, sacerdotisa de Baco, así llamada a partir de *Bassareus*, que es uno de los nombres de Baco, **ABLATVRA CAPVT SECTVM** (que va a coger la cabeza cortada) en vez de *secandum* y *amputandum* (para cortarla y amputarla), **VITVLO SVPERBO** (al ternero soberbio), parece que hace alusión a la fábula de Ágave; ésta en las fiestas en honor a Baco arrancó en medio de la locura la cabeza a su hijo Penteo, pensando que era un ternero, como dice **Ovidio, Metamorfosis III** <727-728> dice: *aprum* <sc.> *avulsum caput digitis complexa cruentis/ clamat io comites* (arrancando la cabeza <al jabalí> y empuñándola entre sus dedos ensangrentados, grita: ¡Hurra, compañeras). Lo llama *superbus* porque Penteo despreció las fiestas en honor a Baco. **ET MENAS** (y una Ménade), igualmente sacerdotisa de Baco, **FLEXVRA LYNCEM** (que va a doblegar el linco), esto es, el carro de Baco del que tiran linceos y tigres, animales que están bajo la tutela de Baco, **CORYMBIS** (con las ramas), esto es, hiedras, las cuales se utilizan en vez de riendas; pues los *corymbi* son ramas de hiedra.

(108) explanatus H P Z: explanatum M R C S.

(109) poetae: poaete M.

(110) per: in Z.

(111) Baccha, id est: *omittunt* H P.

(112) ab: a P.

(16) Griego μιμέομαι.

102.- **INGEMINAT EVION**, id est, repetit nomen Bacchi, quod interpretatur bonus filius. **ECHO REPARABILIS**, id est, vocis repercussio, et repetit et reparat voces semel ex ore emissas, **ASSONAT**, id est, ad voces baccharum resonat. Echus fabula ex III *Meta*. <348-510> petenda est.

103.- **HAEC FIERENT**, id est, tales versus fracta, et parum virili voce pronunciarentur, **SI VLLA VENA TESTICVLI PATERNI**, id est, virilitatis a patre acceptae,

104-105.- **VIVERET IN NOBIS**, id est, vigeret, quasi dicat, nunquam id faceremus. **HOC DELVMBE**, id est, opus enervatum et sine viribus quemadmodum animalia lumbi fragio¹¹³ delumbata, **NATAT**, id est, volvitur et versatur, **IN LABRIS [ET] SVMMA SALIVA**, quae necessaria est ad temperanda organa plectraque linguae, **[ET] MENAS [ET] ATYS**, id est, fabulae de Baccho et Cybele in quibus crebra fit mentio de Menade et Aty, aut cum venit pronunciando ad haec ipsa nomina; **EST IN VDO**, id est, versatur in ore humido unde **Virgilius** <Aen. 7, 533> vocem "udam" appellavit.

106.- **NEC**¹¹⁴ **PLVTEVM CAEDIT**¹¹⁵ carmen quod tantopere laudatur, quodque tam molli ac tenera voce profertur, quale sit ostendit, dicens quod **NEC CAEDIT PLVTEVM**, id est, non percutit armarium ubi libri reponuntur, et cui scriptores incumbunt; solent enim qui componunt aliquid ex ingenio suo, si illis ex sententia res non succurrunt, impingere chartas et allidere scriniis terrae parieti, quod est signum maximae curae ac diligentiae. Sed hoc carmen cum fieret nihil tale est passus¹¹⁶. **NEC SAPIT VNGVES DEMORSOS**, id est, non prae se fert diligentiam emendationis¹¹⁷; solent enim poetae cogitabundi unguis rodere, barbam fricare, caput scalpere et res huiusmodi facere, quibus significatur uni tantum componendi carminis studio esse intentos. **Horatius** <sat. 1, 10, 70-71>: *et in versu faciendo/ saepe caput scaberet vivos et roderet unguis*.

(113) lumbi fragio: lumbifragio S C P.

(114) nec: *omittit C*.

(115) caedit: caedi M cedit C R.

(116) passus: passum P.

(117) emendationis: emendationis M.

102.- **INGEMINAT EVION** (*dobla el "evohé"*), esto es, repite el nombre de Baco, que quiere decir "buen hijo"¹⁷, **ECHO REPARABILIS** (*el eco reproductor*), esto es, la repercusión de la voz; repite y además reproduce (*reparat*) las palabras recién salidas de la boca, **ASSONAT** (*responde*), esto es, vuelve a hacer sonar las palabras de las Bacantes. Remitimos a la fábula de Eco, en el libro III <348-510> de las *Metamorfosis*.

103.- **HAEC FIERENT** (*esto se haría*), esto es, tales versos se pronunciarían con voz quebrada y poco varonil, **SI VLLA VENA TESTICVLI PATERNI** (*si alguna vena de testículo paterno*), esto es, de virilidad heredada del padre.

104-105.- **VIVERET IN NOBIS** (*estuviera viva en nosotros*), esto es, tuviera vigor; como si dijera: nunca haríamos esto. **HOC DELVMBE** (*esto derrengado*), esto es, esfuerzo débil y sin fuerzas, como los animales deslomados por fractura de lumbares¹⁸, **NATAT** (*nada*), esto es, se mueve y revuelve, **IN LABRIS [ET] SVMMA SALIVA** (*en los labios y en lo alto de la saliva*), que es necesaria para templar los órganos y las cuerdas bucales¹⁹. **[ET] MENAS [ET] ATYS** (*y Ménade y Atis*), esto es, las fábulas de Baco y Cibele en las que con frecuencia se menciona a Ménade y a Atis; o cuando <la saliva> llega a estos nombres al pronunciarlos, **EST IN VDO** (*están en lo húmedo*), esto es, da vueltas en la boca húmeda, por eso **Virgilio** <Aen. 7, 533> llamó húmeda (*uda*) a la voz.

106.- **NEC PLVTEVM CAEDIT** (*y no aporrea el escritorio*), muestra cómo es un poema que es muy alabado y que se pronuncia con voz muy suave y tierna diciendo que **NEC CAEDIT PLVTEVM** (*ni aporrea el escritorio*), esto es, no golpea el mueble donde se ponen los libros y en el que los escritores se apoyan; efectivamente quienes componen algo partiendo de su ingenio, si no se les ocurren palabras adecuadas, suelen arrojar los libros y estrellarlos contra los escritorios, el suelo, o la pared, lo cual es una señal de su enorme preocupación y diligencia. Pero al escribir ese poema, no sucedió nada semejante; **NEC SAPIT VNGVES DEMORSOS** (*ni sabe a uñas mordidas*), esto es, no lleva en él la labor de corrección; pues los poetas, meditabundos, suelen morderse las uñas, frotarse la barba, rascarse la cabeza y hacer cosas de este tipo, con las que manifiestan que están dedicados con empeño a la composición de un verso especial. **Horacio** <sat. 1, 10, 70-71>: *in versu faciendo/ saepe caput scaberet vivos et roderet unguis* (*en las confección de un verso se rascaría muchas veces la cabeza y se roería las uñas hasta la carne viva*).

(17) De εὖ (bien) y υἱός (hijo), según dice Orfeo; (cf. LÓPEZ 1642: 33).

(18) Hemos aceptado *lumbi fragio*, aunque no siempre está claro en las ediciones. En el Diccionario de Nebrija está también *Lumbifragium-ii*; así sería: "por la deslomadura".

(19) Literalmente: «de la lengua».

107.- **SED QUID OPVS**, iam inde ab initio operis dubitare coepit Persius an satyram scriberet, nunc vero ad eandem inconstantiam redit, sed tandem in eo perstat ut satyram scribat. Dicit igitur, ad se ipsum loquens, aut monitorem suum inducit secum loquentem. **SED QUID OPVS**, id est, quae necessitas cogit te, **RADERE**, id est, perstringere et violare, ut infra <5, 15-16> "pallentes radere mores/doctus";

107-108.- **AVRICVLAS TENERAS**, id est, hominum effoeminatorum mores, quorum reprehensionem non libenter audiunt¹¹⁸, **VERO MORDACI**, id est, veritate, quae amara est et pungit, ut infra <5, 86> "mordaci lotus aceto". **VIDE SIS**, id est, cave si vis, "sis" enim in "si vis" resolvitur apud comicos saepe, quemadmodum "capsis" in "cape si vis" Cicerone <orat. 154, 2> **Quintiliano** que <inst. 1, 5, 66> auctoribus.

108-109.- **NE LIMINA MAIORVM**, id est, potentiorum, quos tu carminibus insectaris, **FRIGEScant TIBI**, id est, sint tibi frigida, et mortifera. **Horatius II Serm.** <1, 61-62>: **maiorum ne quis amicus/ frigore te feriat**, id est, morte, quae ab effectu frigida est. **Verg. III Aen.** <385>: **et cum frigida mors anima subduxerit**¹¹⁹ *artus*.

109-110.- **HIC**, id est, in satyra quam scribis, **LITTERA SONAT DE NARE CANINA**, id est, "r" littera frequens est, quam rigentes canes expriment, quorum est proprium rixari. Significat autem non posse fieri quin scriptores satyrarum rixentur cum illis quos offendunt suis carminibus. **PER ME EQVIDEM**, perterritus his comminationibus¹²⁰ Persius, dicit se nolle in quempiam scribere. **PER ME EQVIDEM**, inquit, id est, quantum ad me attinet, **PROTINVS**, id est, deinceps, **OMNIA SINT ALBA**, id est, nemo infamia denigretur a me, sicut e contrario, nigra dicuntur vitiosa, sic infra <5, 107-108> "quaeque sequenda forent et quae vitanda vicissim,/ illa prius creta mox haec carbone notasti"¹²¹.

111.- **NIL MOROR**, id est, nihil amplius hac de re delibero. **EVGE** sibi ipsi favet, quod tale consilium ceperit de non scribenda satyra. **OMNES ETENIM**, sensus est: omnia quae paulo ante reprehendere volebam, iam volo admirari et laudare. **ETENIM [VOS] OMNES RES ERITIS MIRAE**, id est, admirabiles et laudandae; ac si dicat, iam non quicquam illis detraham, quin¹²² potius illas laudibus prosequar¹²³.

107.- **SED QUID OPVS** (*pero qué necesidad*), ya desde el principio de la obra empezó Persio a dudar si debía escribir una sátira, y ahora vuelve a la misma duda; pero al final persiste en ello: escribir sátira. Habla pues dirigiéndose a sí mismo, o introduce a un interlocutor que habla con él. **SED QUID OPVS** (*pero qué necesidad*), esto es, qué necesidad imperiosa te obliga, **RADERE** (*a raer*), esto es, a irritar y violentar, como más abajo <5, 15-16>: *pallentes radere mores/doctus*.

107-108.- **AVRICVLAS TENERAS** (*las orejas tiernas*), esto es, las costumbres de hombres afeminados cuya censura no escuchan con gusto, **VERO MORDACI** (*la mordacidad de lo verdadero*), esto es, con la verdad, que es amarga y pica, como más abajo <5, 86>: *mordaci lotus aceto*. **VIDE SIS**, esto es, *cave si vis* (*mira, por favor*), pues *sis* con frecuencia equivale en la comedia a *si vis*, del mismo modo que *capsis* a *cape si vis*, según **Cicerón** <orat. 154, 2> y **Quintiliano** <inst. 1, 5, 66>²⁰.

108-109.- **NE LIMINA MAIORVM** (*que los umbrales de los mayores no*), esto es, de los poderosos a los que atacas en tus versos, **FRIGEScant TIBI** (*se te enfrien*), esto es, sean para ti fríos y mortíferos. **Horacio**, *Sátiras II* <1, 61-62> dice: **maiorum ne quis amicus/ frigore te feriat** (<*temo*> *que uno de tus mayores amigos te hiera con el frío <de su indiferencia>*); es decir, (con) la muerte que por su efecto es fría. **Virgilio**, *Eneida IV* <385>: **et cum frigida mors anima subduxerit artus** (*y cuando la fría muerte haya privado del aliento a mis miembros*).

109-110.- **HIC** (*aquí*), o sea, en la sátira que escribes, **LITTERA SONAT DE NARE CANINA** (*suena la letra de una nariz canina*), esto es, la "r", una letra frecuente que emiten cuando están furiosos los perros y de los que es propio pelear. Indica, pues, que no puede ser que los escritores de sátiras no se peleen con aquéllos a los que ofenden en sus versos. **PER ME EQVIDEM** (*por mí ciertamente*), aterrado por estas amenazas Persio dice que él no quiere escribir contra nadie. **PER ME EQVIDEM** (*por mí, ciertamente*), dice, esto es, en cuanto a mí respecta, **PROTINVS** (*en adelante*), esto es, en lo sucesivo, **OMNIA SINT ALBA** (*todo sea blanco*), esto es, nadie será denigrado por mí con una infamia, como <*alba* a lo virtuoso>, por el contrario a lo vicioso se le llama *nigra*, así más abajo <5, 107-108>: *quaeque sequenda forent et quae vitanda vicissim,/ illa prius creta mox haec carbone notasti*.

111.- **NIL MOROR** (*nada me detengo*), esto es, no hablo nada más sobre este asunto. **EVGE** (*¡bravo!*), se felicita a sí mismo porque ha tomado la decisión de no escribir sátiras. **OMNES ETENIM** (*todos, efectivamente*), el sentido es: todo lo que poco antes quería reprender, ahora quiero admirarlo y alabarlo. **ETENIM [VOS] OMNES RES ERITIS MIRAE** (*efectivamente vosotros seréis todas cosas maravillosas*), esto es, dignas de admiración y de alabanza, como si dijera: ya no les criticaré nada, sino que más bien les ofreceré mis alabanzas.

(118) reprehensionem ... audiunt: reprehensiones ... audiuntur H P.

(119) subduxerit: seduxerit Z.

(120) comminationibus: cominationibus M.

(121) notasti Pe H P: notanda M C.

(122) quin potius... inquis, ad monitorem suum dicit Persiu: qum potius illas laudi suum dicit Persius C.

(123) prosequar: prosequatur R.

(20) QVINT. inst. 1, 5, 66: *quamvis 'capsis' Cicero dicat compositum esse ex "cape si vis", et inveniantur qui "Lupercalia" aequae tris partes...* CIC. orat. 154, 2: *...sis pro si vis, iam in uno capsis tria verba sunt*.

112.- **HOC IVVAT**, id est, delectat me facere, an potius vos o Romani audire. **HIC, INQVIS**, ad monitorem suum dicit Persius, iam consilium tuum sequor, et repetit illius verba, dicens, **INQVIS**, id est, dicis mihi, o monitor, **[EGO] VETO QVISQVAM FAXIT OLETVM**, id est, rem olidam et foetidam, hoc est, stercus sive urinam. Et est proprie "oletum" locus in quo excrementa corporis deponimus quod et "olenticetum" dicitur. **HIC**, id est, in loco sacro, est nanque sensus, vitia hominum quae satyrae materiam praebent, quasi rem sacram non esse tangendam ab homine profano; et sumit translationem a locis sacris, in quibus ponebantur signa quaedam consecrationis, ne profanarentur.

113.- **PINGE DVOS ANGVES**, per quod intelligimus locum esse genio consecratum, qui sub anguis specie plerumque¹²⁴ visebatur. **Vergi.** V *Aen.* <95-96>: **incertus geniumve loci famulumve**¹²⁵ **parentis/ esse putet.**

113-114.- **[O] PVERI**, et haec quoque inscriptio, pictis anguibus addenda est. **[O] PVERI MEITE EXTRA**, subaudi "hunc locum", quia, **SACER EST**, sic et nostro saeculo fit, ut imago divi Antonii aut crucis dominicae pingamus¹²⁶ iis¹²⁷ in locis¹²⁸, ubi oletum fieri vetamus. **DISCEDO**, verbum est Persii, dicentis se velle sequi consilium monitoris, ne faciat oletum in loco sacro, id est, ne scribat satyram, in qua hominum vitas sit contaminaturus. **SECVIT LVCILLIVS**, pro altera parte propositae deliberationis, exemplo Lucilii et Horatii, dicit se velle omnino satyram scribere. **LVCILLIVS**, qui primus, ut diximus, apud Latinos satyram scripsit, **SECVIT VRBEM**, id est, Romanos diceris et salibus suis carpsit et laceravit¹²⁹.

115.- **TE LVPE TE MVTI**, subaudi "imprimis secuit", nam in Lupum quendam ac¹³⁰ Mutium praecipue invectus est **Lucillius**, de quibus **Horatius** II *Ser.* <1, 69>: **primores populi arripuit**¹³¹ **populumque tributim**, et de Lupo <HOR. sat. 2, 1, 68>: **famosisque Lupo cooperto versibus**, et de Mutio, **Juvenalis** <1, 154>: **quid refert dictis ignoscat Mutius**¹³² **an non? ET FREGIT GENVINVM**, dentem illum in ordine novissimum novissimeque natum, quem "sapientiae molarem" Hispani vocant, **IN ILLIS**, id est, in illorum morsu, hoc est, reprehensione; et est sumptum a canibus.

(124) plerumque: sepe R.

(125) geniumve <...> famulumve: geniumne <...> famulumve S H P Z.

(126) pingamus: pingatur S C H P.

(127) iis: *omittit* S.

(128) locis: lociis M.

(129) laceravit: leceravit M.

(130) ac: et R C.

(131) arripuit S H P Z: *omittunt* M C.

(132) Mutius: Mucius Z.

112.- **HOC IVVAT** (*esto agrada*), esto es, me place hacerlo, o, mejor, a vosotros, Romanos, oírlo. **HIC, INQVIS** (*aquí, dices*), Persio dice a su interlocutor: "ya sigo tu consejo", y repite las palabras de aquél, diciendo **INQVIS** (*dices*), esto es, me dices, interlocutor, **[EGO] VETO QVISQVAM FAXIT OLETVM** (*yo prohíbo que alguien haga sus necesidades*), esto es, cosa maloliente y fétida, es decir, excremento u orina. *Oletum* es propiamente el lugar en que deponemos los excrementos, que también se llama *olenticetum*; **HIC** (*aquí*), esto es, en lugar sagrado; es pues el sentido: los vicios de los hombres que ofrecen material a la sátira, como si fueran algo sagrado, no debe tocarlos un profano; y toma la metáfora de los lugares sagrados en los que se ponían algunos signos de su consagración para que no fueran profanados.

113.- **PINGE DVOS ANGVES** (*pinta dos serpientes*), por lo que entendemos que el lugar está consagrado a un Genio, que muchas veces se aparecía bajo la forma de serpiente. **Virgilio**, *Eneida* V <95-96>: **incertus geniumve loci famulumve parentis/ esse putet** (*dudando entre creer si se trata del Genio del lugar, o de un servidor de aquél*).

113-114.- **[O] PVERI** (*¡niños!*), y también hay que añadir a las serpientes pintadas esta inscripción: **[O] PVERI MEIETE EXTRA** sobreentendido "hunc locum" (*¡niños! mead fuera de este lugar*), porque **SACER EST** (*es sagrado*), así también en nuestro tiempo pintamos una imagen de san Antonio o de la Cruz del Señor en aquellos lugares donde se prohíbe hacer aguas menores y mayores. **DISCEDO** (*me aparto*), habla ahora Persio que dice querer seguir el consejo de su interlocutor de no defecar en lugar sagrado, es decir, de no escribir una sátira en la que contaminaría la vida de los hombres. **SECVIT LVCILLIVS** (*maltrató Lucilio*), como parte contraria del razonamiento propuesto, dice que, siguiendo el ejemplo de Lucilio y Horacio, él quiere realmente escribir sátiras. **LVCILLIVS** (*Lucilio*), que, como hemos dicho, fue el primero entre los latinos en escribir sátiras, **SECVIT VRBEM** (*maltrató a la ciudad*), esto es, hostigó e hirió a los romanos con sus sarcasmos y agudezas.

115.- **TE LVPE TE MVTI**, se sobreentiende "imprimis secuit" (*a ti, Lupo, a ti, Mucio* os maltrató especialmente), pues Lucilio atacó a un tal Lupo y a un tal Mucio, de lo cual habla **Horacio**, *Sátiras* II <1, 69>: **primores populi arripuit populumque tributim** (*y sin embargo se ganó a los principales del pueblo, luego al pueblo mismo tribu por tribu*); y sobre Lupo <HOR. sat. 2, 1, 68>: **famosisque Lupo cooperto versibus** (*o porque cubriera de versos difamantes a Lupo*); también **Juvenal** <1, 154> sobre Mucio: **quid refert dictis ignoscat Mutius an non?** (*qué importa que Mucio perdone o deje de personar mis expresiones*), **ET FREGIT GENVINVM** (*y rompió la muela*), aquel diente que está colocado el último y que sale el último, al que los españoles llaman muela del juicio (*sapientiae molarem*), **IN ILLIS** (*en ellos*), esto es, mordiendo en ellos, es decir, con su crítica, y está tomado de los perros.

116-117.- **FLACCVS**, Horatius, poeta cognomento Flaccus, **VAFER**, acer et ingeniosus, **TANGIT OMNE VITIVM**, id est, notat, **AMICO RIDENTI**, id est, inter ridendum iocandumque, **ET ADMISSVS**, id est, receptus et auditus, **LVDIT CIRCVM PRAECORDIA**, id est, iocatur, et salibus suis vitiorum¹³³ amici conscientiam tangit.

118.- Horatius, inquam, **CALLIDVS**, id est, astutus et gnarus, **SVSPENDERE POPVLVM**, id est, subsannare et deridere, **NASO EXCVSSO**, id est, crispanti et in sannam corrugato. **Horatius** pri. *Sermo*. <6, 5>: **naso suspendis adunco**. Est autem "suspendere" hoc in loco quasi confusum quempiam reddere.

119.- **MEN MVTIRE NEFAS**, sensus est: licuit Lucillio urbem secare, licuit Horatio populum suspendere, et non licebit mihi saltem mutire?, hoc est, murmurare. **NEC CLAM**, id est, secreto, subaudi "mutire et loqui", **NEQVE¹³⁴ CVM SCROBE**, hoc ex Midae fabula tractum est, cui Apollo cum aures in aurículas asininas porrexisset, propterea quod in certamine cantus, inter se et Marsyam, perverse iudicasset, tonsor qui id primus animadverterat, neque ausus esset profari, facto in solitudine scrobe, in eum quae viderat immurmuravit, dicens: aurículas asini Midas¹³⁵ rex habet. **NVSQVAM**, subaudi "mutire fas est".

120.- **HIC TAMEN INFODIAM**, id est, scrobem sive fossam faciam, sicut tonsor ille, **[O] LIBELLE**, cum libello suo loquitur, quandoquidem cum aliis non audet, **[EGO] IPSE VIDI VIDI**, magnam emphasim habet, quasi dicat, non ab aliis audivi sed "ego ipse" his oculis vidi; quid autem viderit ipse ostendit, dicens,

121-123.- **AVRICVLAS ASINI QVIS NON HABET**, id est, quis non ita iudicat de carminibus, sicut Midas de cantu. **HOC EGO OPERTVM**, sensus est: ego non commutarem hoc opus meum Iliade Accii, de qua supra <50-51> dixit "non est hic Ilias Acci/ ebria veratro", dicit ergo, **[NON] VENDO**, id est, nolim commutare, **[VLLA] ILLIADE**, id est, ullo opere tali, qualis fuit Accii Ilias, **HOC MEVM RIDERE OPERTVM**, id est, hunc meum risum cum libello meo secretum. **TAM NIL**, id est, tam parvi precii opus, vel potius nihili¹³⁶, **AVDACI**, qualem lectorem sui operis velit, ostendit Persius eum videlicet qui callet scommata dicteria, et sales scriptorum comoediae priscae apud Graecos, quos in satyra latina imitatus est, ut diximus, **Lucillius**, dicente **Horatio** in I *Ser.* <4, 1-2>: **Eupolis atque Cratinus Aristophanesque poetae/ atque alii quorum comoedia prisca virorum est**, et¹³⁷ sequitur <HOR. sat. 1, 4, 6> **hinc omnis**

116-117.- **FLACCVS** (*Flaco*), el poeta Horacio, de sobrenombre Flaco, **VAFER** (*sagaz*), agudo e ingenioso, **TANGIT OMNE VITIVM** (*todo vicio toca*), esto es, trata, **AMICO RIDENTI** (*al amigo risueño*), esto es, entre risas y juegos, **ET ADMISSVS** (*y admitido*), esto es, recibido y oído, **LVDIT CIRCVM PRAECORDIA** (*juega alrededor de sus entrañas*), esto es, se burla y toca con su propio sarcasmo la conciencia de vicio de su amigo.

118.- "Horacio" -digo- **CALLIDVS** (*hábil*), esto es, astuto y que sabe, **SVSPENDERE POPVLVM** (*suspender al pueblo*), esto es, burlarse y reírse, **NASO EXCVSSO** (*con la nariz fruncida*), esto es, (con la nariz) crispada y arrugada para burlarse. **Horacio**, *Sátiras* I <6, 5>: **naso suspendis adunco** (*frunces desdeñosamente la nariz*); *suspendere* en este lugar es casi como confundir a alguien.

119.- **MEN MVTIRE NEFAS** (*acaso no me está permitido murmurar*), el sentido es: se permitió a Lucilio criticar la ciudad, se permitió a Horacio ridiculizar al pueblo, ¿y a mí no se me permitirá apenas hablar entre dientes?, esto es, murmurar. **NEC CLAM** sobreentendido, "mutire et loqui" (*ni murmurar ni hablar a escondidas*), esto es, en secreto, **NEQVE CVM SCROBE** (*ni con un agujero*), esto está tomado de la fábula de Midas, a quien Apolo, tras haber convertido sus orejas en orejas de burro, por haber sido mal juez en un certamen de canto entre él y Marsias, el barbero que se dio cuenta el primero de esto, y no se atrevió a decirlo, haciendo un agujero en un lugar solitario, musitó en él lo que había visto, diciendo: "el rey Midas tiene orejas de burro". **NVSQVAM** sobreentendido "mutire fas est" (no está permitido murmurar *en ninguna parte*).

120.- **HIC TAMEN INFODIAM** (*sin embargo aquí cavaré*), esto es, haré una fosa o agujero, como aquel barbero. **[O] LIBELLE** (*¡librito!*), habla con su libro puesto que no se atreve a hablar con otros, **[EGO] IPSE VIDI VIDI** (*yo mismo lo vi, lo vi*), con gran énfasis, como si dijera: no lo sé por otros sino que yo mismo lo he visto con mis propios ojos; y él mismo manifiesta qué ha visto diciendo:

121-123.- **AVRICVLAS ASINI QVIS NON HABET** (*orejas de asno quién no tiene*), esto es, quién no juzga así la poesía, de la misma manera que Midas el canto, **HOC EGO OPERTVM** (*yo este secreto*), el sentido es: yo no cambiaría esta obra mía por la Iliada de Accio, de la cual se dijo antes <50-51>: *non est hic Ilias Acci/ ebria veratro*; dice, pues, **[NON] VENDO** (*no vendo*), esto es, no cambiaría, **[VLLA] ILLIADE** (*por Iliada alguna*), esto es, por ninguna obra tal como fue la Iliada de Accio, **HOC MEVM RIDERE OPERTVM** (*este mi reír secreto*), esto es, esta risa mía en secreto con mi librito. **TAM NIL** (*tan nada*), esto es, obra de tan poco valor, o, mejor, de ninguno. **AVDACI** (*por el audaz*), Persio muestra qué lector quiere para su obra; evidentemente aquel que entiende los chistes, agudezas y gracias de los escritores griegos de la comedia antigua, a los que Lucilio, como ya hemos dicho, imitó en la sátira latina, como dice **Horacio** en el libro I de las *Sátiras* <4, 1-2>: **Eupolis atque Cratinus Aristophanesque poetae/ atque alii quorum comoedia prisca virorum est** (*Los poetas Eupolis, Cratino, Aristófanes, y los*

(133) vitiorum: vitiosam P.

(134) neque: acque C nec P.

(135) Midas: Mida M S C.

(136) nihili: nihil H P.

(137) et: *omittunt* H P.

pendet Lucillius hosce secutus; nam eos qui tales iocos non sentiunt, quasi tardos ingenio a sui operis lectione excludit. Dicit igitur: o lector, **QVICVMQVE AFFLATE**, id est, afflatus, hoc est, inspiratus nam vocativus est pro nominativo, **CRATINO AVDACI**, id est, qui audacter in comoedia prisca hominum vitia insectatus est;

124.- **PALLES**, id est, usque ad pallorem studiose legis, **EVPOLIDEM IRATVM**, scriptorem item comoediae priscae vitiis infensum, **CVM SENE PRAEGRANDI**, id est, cum Aristophane scriptore quoque priscae comoediae, qui fuit magnae auctoritatis vir.

125.- **ASPICE ET HAEC**, id est, mea scripta, **[ET] SI AVDES ALIQVID DECOCTIVS**¹³⁸, id est, perfectius et elimatius, subaudi "legere",

126.- **INDE**, id est, ex¹³⁹ eo opere, legitur et "unde", id est, ex quo opere, **LECTOR FERVEAT MIHI**¹⁴⁰, scilicet¹⁴¹ iam illorum lectione concalectus veniat ad opus meum legendum, **VAPORATA AVRE**, id est, calefacta.

127-128.- **NON HIC QVI SORDIDVS**¹⁴², id est, ingenio tardus tum ad iocandum tum ad aliorum iocos sentiendum, **GESTIT LVDERE IN CREPIDAS GRAIORVM**, id est, cupit Graecos deridere, propterea quod certo crepidarum sive solearum genere Romanis insueto utantur. **ET QVI POSSIT**¹⁴³ **DICERE LVSCO**¹⁴⁴, id est, ei qui altero oculo carent; **[O] LVSC**¹⁴⁵, qui iocus¹⁴⁵, frigidus atque¹⁴⁶ plane insulsus est, et quo nemo alium perfricaret, nisi esset stultus et ineptus, et qui pari inscicia teneretur, ac si putaret se factum nobilem propterea quod fuerit aedilis, non dico Romae, ubi aedilitas magno in honore fuit, sed in aliquo Italiae oppidulo. Ideo dicit,

129.- **CREDENS SESE**¹⁴⁷ **ALIQVEM**, id est, inter magnae aestimationis viros numerandum, sicut e contrario, "nihili homines" appellamus eos qui nullius sunt precii, **QVOD SVPINVS**, id est, quia superbus et elatus, quemadmodum **Vergilius**

(138) decoctius: dencoctius M.
 (139) ex: *omittunt* H P.
 (140) mihi: *omittunt* H P.
 (141) scilicet: idest H P.
 (142) sordidus C S H P: sordibus M R.
 (143) possit: poscit P.
 (144) lusco S H P: *omittunt* M R C.
 (145) iocus: locus M C.
 (146) atque: ac P.
 (147) sese: se P.

otros autores de la comedia antigua); y sigue <HOR. sat. 1, 4, 6> *hinc omnis pendet Lucillius hosce secutus* (*de éstos depende enteramente Lucilio, a éstos siguió*); pues a quienes no advierten tales juegos (verbales), como tardos de ingenio, los excluye de la lectura de su obra. Dice pues, oh lector. **QVICVMQVE AFFLATE** <vocativo>, esto es, *afflatus* <nominativo> (*quienquiera que seas, soplado*), esto es, inspirado, pues hay un vocativo en vez de un nominativo. **CRATINO AVDACI** (*por el audaz Cratino*), esto es, que en la comedia antigua fustigó de forma atrevida (*audacter*) los vicios de los hombres.

124.- **PALLES** (*estás pálido*), esto es, lees afanosamente hasta palidecer, **EVPOLIDEM IRATVM** (<ante> *el airado Éupolis*), escritor también de la comedia antigua, indignado por los vicios, **CVM SENE PRAEGRANDI** (*con el grandioso anciano*), esto es, con Aristófanes, escritor también de la comedia antigua, que fue un hombre de gran autoridad.

125.- **ASPICE ET HAEC** (*mira también esto*), es decir, mis escritos, **[ET] SI AVDES ALIQVID DECOCTIVS** sobreentendido "legere" (*y si te atreves a leer algo más cocinado*), esto es, muy perfecto y pulido.

126.- **INDE** (*de allí*), esto es, de esta obra; se lee también *unde*, esto es, de esta obra, **LECTOR FERVEAT MIHI** (*el lector se enfervorice conmigo*), por supuesto, "calentado" previamente por la lectura de aquéllos, llegue a leer mi obra, **VAPORATA AVRE** (*con el oído templado*), esto es, calentado.

127-128.- **NON HIC QVI SORDIDVS** (*aquí, no quien sórdido*), esto es, tardo de ingenio, tanto para burlarse, como para percibir las burlas de otros, **GESTIT LVDERE INCREPIDAS GRAIORVM** (*tiene impaciencia por hacer juegos de las sandalias de los griegos*), esto es, desea burlarse de los griegos, porque utilizan un tipo de sandalias o suelas no frecuentes entre los romanos; **ET QVI POSSIT DICERE LVSCO** (*y que podría decir a un tuerto*), esto es, al que le falta un ojo, **[O] LVSC** (*¡tuerto!*), broma que es sosa y de muy mal gusto, y con la que nadie avergonzaría a otro, a no ser que fuese tonto e inepto y dominado por la misma estupidez que si pensara que es muy famoso por ser edil, no ya en Roma, donde el cargo de edil fue considerado un gran honor, sino en cualquier ciudad pequeña de Italia; por eso dice,

129.- **CREDENS SESE ALIQVEM** (*creyéndose alguien*), esto es, digno de contarse entre los hombres de gran reputación, como por el contrario llamamos "donnadie" (*nihili homines*) a quienes no valen nada; **QVOD SVPINVS** (*porque supino*),

<georg. 2, 276> *colles supinos*¹⁴⁸ dixit; **ITALO HONORE**, id est, quem magistratum non Romae, sed aliubi administravit.

130.- **AEDILIS FREGERIT HEMINAS**, hoc enim ad aediles pertinet. **Iuvenalis** <10, 101-102>: *et de mensuris*¹⁴⁹ *vis*¹⁵⁰ *dicere vasa minora/ frangere pannosus vacuis aedilis Vlubris*; **INIQVAS**, id est, non iusti ponderis, **ARETI**, aut vasa Aretina dicit, de quibus **Martialis** <14, 98> et **Plinius** <nat. 35, 160>; aut quod Aretii magistratum gessit, quod est oppidum Etruriae, unde originem habuerunt Leonardus, Carolus et Ioannes Aretinus¹⁵¹, viri doctissimi utriusque linguae.

131-132.- **NEC QVI ABACI**¹⁵², repete a superioribus, nec ad meum opus legendum veniat ille, **QVI VAFER**, id est, in hoc tantum callidus, **SCIT RISISSE NVMEROS ABACI**, id est, iocari in arithmeticos¹⁵³, qui in tabella, quae dicitur abacus, numeros disponunt, delentque prout rationibus commodum est; unde etiam abacus adhuc dicitur ars computandi per decem illas figuras ex digitis articulisque digitorum inflexis deductas, quibus notis antiquiores ad numeros representandos utebantur. **[ET] SCIT RISISSE METAS**, id est, figuras geometrarum, quae lineis quasi quibusdam metis, hoc est, terminis describuntur, **IN PVLVERE SECTO**, hoc est, radio, id est, virga geometrica sulcato; nam geometrae in faciendis demonstrationibus pulverem¹⁵⁴ spargebant, deinde radio ductus facientes figuras, quibus opus esset, describebant; **PARATVS MVLTVM GAVDERE**, id est, nimia voluptate affici,

133.- **SI NONARIA**, meretrix, dicta, ut quidam volunt, ab eo quod hora nona diei¹⁵⁵ prostare incipiebat, qua hora etiam coenitabant¹⁵⁶, dicente **Martiale** <4, 8, 6>: *imperat extractos frangere nona toros*; **PETVLANS**, procax et impudens, **VELLAT**¹⁵⁷ **BARBAM CYNICO**, philosopho ex secta cynicorum, cuius princeps fuit Diogenes, auctor vero Antisthenes. **Horatius** <sat. 1, 3, 133-134> de Damasippo philosopho cynico *vellunt tibi barbam/ lascivi pueri*; habebantur enim ludibrio ac derisui illius sectae philosophi.

esto es, soberbio y engreído, del mismo modo que **Virgilio** <georg. 2, 276> dijo *colles supinus* (*cuestas empinadas*); **ITALO HONORE** (*con italo cargo*), esto es, magistratura que ostentó no en Roma, sino en otros lugares.

130.- **AEDILIS FREGERIT HEMINAS** (*edil ha roto unas heminas*), esto, en efecto, corresponde a los ediles. **Juvenal** <10, 101-102>: *et de mensuris vis dicere vasa minora/ frangere pannosus vacuis aedilis Vlubris* (*y dar normas sobre el derecho de las medidas y romper los utensilios que no tengan la capacidad cabal, como edil andrajoso de la despoblada Ulubra*); **INIQVAS** (*injustas*), esto es, de peso no justo, **ARETI** (*en Arezzo*), o se refiere a los vasos aretinos, de los que hablan **Marcial** <14, 98> y **Plinio** <nat. 35, 160>, o a su magistratura en Arezzo, que es una ciudad de Etruria, de donde proceden Leonardo²¹, Carlos y Juan Aretino, hombres doctísimos en ambas lenguas.

131-132.- **NEC QVI ABACI** (*ni quien del ábaco*), ha de repetirse lo de antes: y no llegue a leer mi obra aquél **QVI VAFER** (*que astuto*), esto es, experto sólo en esto, **SCIT RISISSE NVMEROS ABACI** (*sabe burlar los números del ábaco*), esto es, reírse de los aritméticos, que disponen los números en una tablilla que llaman *abacus* y borran según es cómodo para sus cuentas; de donde todavía se llama *abacus* al arte de contar por decenas aquellas figuras formadas con los dedos doblados y las articulaciones de los mismos; marcas de las que se servían los antiguos para representar los números. **[ET] SCIT RISISSE METAS** (*y sabe burlar las "metae"*), esto es, figuras de los géometras, que eran descritas por líneas, casi como una especie de metas, esto es, límites, **IN PVLVERE SECTO** (*en la arena cortada*), esto es, surcada con el *radium*, es decir, con la regla de los géometras; pues los géometras en sus demostraciones esparcían arena, luego, haciendo trazos con una vara, describían las figuras que fueran necesarias; **PARATVS MVLTVM GAVDERE** (*preparado para gozar mucho*), esto es, <para> ser afectado por una voluptuosidad excesiva.

133.- **SI NONARIA** (*si una "nonaria"*) meretrix, llamada así, según opinan algunos, por aquello de que en la hora nona empezaban a ofrecerse, y también en esta hora cenaban, según dice **Marcial** <4, 8, 6>, *imperat extractos frangere nona toros* (*la novena <sc. hora> exige romper con nuestro peso los lechos que se nos han preparado*); **PETVLANS** (*insolente*), desvergonzada e impúdica. **VELLAT BARBAM CYNICO** (*arranca la barba a un Cínico*), filósofo de la escuela de los Cínicos, cuyo principal representante fue Diógenes, pero su fundador Antístenes. **Horacio** <sat. 1, 3, 133-134>: sobre Damasipo, filósofo cínico, *vellunt tibi barbam/ lascivi pueri* (*los muchachos impertinentes te mesan la barba*); en efecto, los filósofos de esta escuela eran tenidos como objeto de deshonra y de burla.

(148) colles supinos: collisque supinos Z.

(149) mensuris: mensura Z.

(150) vis: ius Z.

(151) Aretinus: Aretini H P.

(152) abaci: abaco P.

(153) arithmeticos S H P: arithmeticos M C.

(154) pulverem: palverem M.

(155) diei S C H P: die M.

(156) coenitabant: convivebant H P.

(157) vellat: vellant M.

(21) Muy probablemente se refiere a Leonardo Bruni.

134.- **HIS MANE EDICTVM**, sensus est: carmina mea ab iis tantum legi volo qui callent iocos et sales, non ab iis qui res frigidas et ineptas rident, puta crepidas Graecorum, arithmeticos, geometras, meretrices philosophis¹⁵⁸ illudentes, quos nunc relegat ad alia negotia, quasi indignos sua lectione, dicitque, **[EGO] DO HIS EDICTVM MANE**, id est, ut hora diei tertia causas agant apud praetorem; nam edicta praetorum sunt. **Martialis** <4, 8, 2>: **exercet raucos tertia causidicos; POST PRANDIA DO CALLIROEN**, id est, ut legant fabulam Calliroes, haec Acheloi filia fuit atque Alcmoenis¹⁵⁹ uxor illius qui Eriphilem matrem in Amphiarai patris ultionem occidit. Sunt qui Callyroen meretricis cuiusdam nomen esse putent.

134.- **HIS MANE EDICTVM** (a éstos por la mañana un edicto), el sentido es: quiero que mis versos sean leídos solamente por aquellos que captan los juegos y sarcasmos, no por aquellos que se ríen con bromas sosas e inadecuadas, por ejemplo: las sandalias de los griegos, los aritméticos, los geómetras o las meretrices que se burlan de los filósofos; a los que deja ahora para otros asuntos, como indignos de su lectura; y dice **[EGO] DO HIS EDICTVM MANE** (yo doy a éstos un edicto por la mañana), esto es, que en la hora tercera del día lleven asuntos al pretor, pues los *edicta* son propios del pretor. **Marcial** <4, 8, 2>: **exercet raucos tertia causidicos** (la tercera pone en movimiento a los abogados roncós); **POST PRANDIA DO CALLIROEN** (después de las comidas les doy a Calíroee), esto es, que lean la fábula de Calíroee; ésta fue hija de Aqueloo y esposa de Alcmeón, el cual mató a su madre Eriphila en venganza de su padre Anfiarao. Hay quienes piensan que Calíroee es el nombre de alguna meretriz.

(158) philosophis: philosophos H P.

(159) Alcmoenis: Alcmeonis C S H P.